

DOCUMENTA

ANDREAS SAMPERS

CONTROVERSIA QUAM S. ALFONSUS SUSTINUIT

ann. 1746-48

« DE MALEDICTIONE MORTUORUM »

INTRODUCTIO

Propter renovationes in theologia morali, quae manifestae fiebant in doctrinis et opinionibus diversis ab iis quae communiter docebantur et quas saltem multi sequebantur, S. Alfonsus semel iterumque impugnatus est a sequacibus opinionum s.d. traditionalium (1); quibus respondere coactum se sensit, non tam ad veritatem suae sententiae demonstrandam, quam ut bonum animarum ex sua sententia secuturum conservaretur ac plenius obtineretur.

Controversia magis nota a S.o Alfonso sustentata est propter expositionem opinionis suae de probabilismo (2), aliam sustinuit de sententia sua circa s. communionis frequentiam (3), et etiam respondere coactus fuit defensori celebris Ludovici Antonii Muratori (4), « che ha censurato il libro del P. D. Alfonso de Liguori della B. Vergine ... ed insieme l'opera morale del medesimo » (5). Prior his certaminibus litterariis tamen est controversia de impietate blasphemiae seu potius imprecationis, quae vulgo maledictio mortuorum dicitur.

(1) « Alfonso no podía menos de tener adversarios;... más de una vez alzó su voz contra inveterados prejuicios ». R. BAYON CSSR, *¿Cómo escribió Alfonso de Liguori?*, Madrid 1940, 303.

(2) Ab anno 1762. - Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie générale des écrivains rédemptoristes I*, Louvain 1933, 119 n. 53 ss.; BAYON, *o.c.* 319-336: Cap. XV. La controversia con Patuzzi; D. CAPONE in *Studia Moralia* 1 (1963) 265-343, 2 (1964) 89-155, 3 (1965) 82-149.

(3) Annis 1762-1765 cum Cipriano Aristasio (celatum nomen pro Ianuario Andolfi; vide *Spic. hist.* 9 [1961] 273-274). - Cfr DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 118 n. 52, 123 n. 58, 129 n. 65.

(4) Ambrosius Manchi OESA, qui scripsit celato nomine Lamindi Pritanii redivivi. DE MEULEMEESTER I 87 n. 27 putat sub pseudonymo hoc se celare nepotem ipsius Muratori, Ioannem Franciscum Soli-Muratori. Vide tamen G. M[ELZI], *Dizionario di opere anonime e pseudonime di scrittori italiani... II*, Milano 1852, 64. - De P.e Manchi scriptore cfr D. PERINI OSA, *Bibliographia augustiniana cum notis biographicis. Scriptores itali II*, Firenze [1931], 170, ubi tamen nec opus nec pseudonymum indicantur.

(5) Annis 1755-1756. - Cfr R. TELLERÍA, *S. Alfonso M. de Liguori I*, Madrid 1950, 551-552; G. CACCIATORE in *Spic. hist.* 3 (1955) 122-123; CAPONE in *Studia Moralia* 1 (1963) 278-280.

Quamquam biographos Sancti nostri Fundatoris haec controversia minime fugit, in studiis doctrinalibus eius theologiae dicatis fere neglecta remansit (6). Ratio videtur esse in hoc, quod a saeculo et amplius omnibus luce clarius est Alfonsum recte sensisse, et ita quidem ut sententia contraria a nemine nunc propugnetur, immo hodie perspicere difficile est, unquam theologos exstitisse qui contrariam sententiam ut veram amplexi sint. Uti tamen ex diuturnitate certaminis et tenacitate adversariorum concludere licet, tunc temporis opinio alfonsiana minime omnibus theologis erat accepta. Iusto meritoque animadvertit Hilarius Alibrandi, advocatus in Processu de concessione tituli Ecclesiae Doctoris S. o Alfonso, plane verificari in hac prima ab eo sustentata controversia quod « magnum est caput efferrè super ea praeiudicia quae regioni et aetati, in qua quis versatur, dominantur; id non nisi lectissimis quibusdam ingeniis datur » (7).

Hanc controversiam Alfonsus sustinuit ann. 1746-1748; denuo exarsa est an. 1757, et hac vice per longius tempus, nempe per 15 annos usque ad an. 1772, se protraxit. In hoc articulo de prima tantum certaminis periodo quaedam documenta proferimus, maxime illud — usque nunc ignotum — quo Alfonsi opinio an. 1746 aspro modo impugnata est (Doc. V). Complementi causa adiungimus in fine enumerationem scriptorum pugnacium ann. 1757-1772.

Circa an. 1730 — erat 35 annos natus — S. Alfonsus ad scribendi studium se contulit (8). Primis 15 annis subsequentibus se continuit paucis opusculis generis ascetici, inter quae celebris *Visita al SS. Sacramento* (9), exceptis brevi catechismo (10) et libello in quo episcopis proponuntur consilia ad bonam dioeceseos administrationem (11). Primus fructus studii theo-

(6) DÖLLINGER-REUSCH, *Geschichte der Moralstreitigkeiten in der römisch-katholischen Kirche seit dem 16. Jahrh.* I, Nördlingen 1899, 413-414 huic quaestioni vix dimidiam paginam dedicant, dum aliae S. i Alfonsi doctrinae et controversiae de argumento morali longe lateque elucidantur.

(7) S. Rituum Congregatione (Card. Constantino Patrizi relatore). Urbis et Orbis concessionis tituli Doctoris... in honorem S. Alphonsi M. de Ligorio [s.d. *Acta Doctoratus*], Romae 1870, *Informatio* p. 16 n. 43.

(8) DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 47 assignat primum S. i Alfonsi opusculum annis 1728-1730 secundum indicationes a P. e Tannoia datas. Anno 1734 editus est primus libellus, qui annum editionis appositum habet; cfr O. GREGORIO, *Primizia letteraria di S. Alfonso*: ephem. S. Alfonso (Pagani) 21 (1950) 206-207. - Cfr etiam S. ALFONSO M. DE LIGUORI, *Opere ascetiche*. Introduzione generale, Roma 1960, 8-9.

(9) Cfr O. GREGORIO, *Ricerche intorno al libretto alfonsiano della «Visita al SS. Sacramento»*. II Il titolo genuino del libretto: Spic. hist. 4 (1956) 182.

(10) Cfr R. TELLERIA, *De «Compendio doctrinae christianae» a S. Alfonso exarato atque olim bis in lucem edito*: Spic. hist. 4 (1956) 259-279.

(11) *Riflessioni utili a' Vescovi per la pratica di ben governare le loro Chiese*; cfr DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 55 n. 6. - Tannoia dicit quod Alfonsus omnibus Italiae episcopis exemplar misit et quod omnes maximas gratias ei egerunt (*Della Vita ed Istituto...* I, Napoli 1798, 185). Quaedam litterae episcoporum gratias agentium in archivio nostro generali conservantur (AG I D 35, 8-10 et 53).

logiae moralis, in quo scientiae campo ei maximi honores postea ab Ecclesia adiudicati sunt, prodiit an. 1746. Tunc Alfonsus erat 50 annos natus et per multos iam annos indefesse in vinea Domini laboraverat; constans studium et assidua praxis curae animarum, praesertim ope missionum ad populum, per 20 annos opiniones et iudicia theologiae moralis Sancti, ingenii vivacis et profundi ac prompti qua erat, maturaverant.

Tempore hiemis ann. 1744-45 et 1745-46 Alfonsus cum suis Congregatis plures missionum cursus dedit in Apulia; inter alias peracta est celebris missio in Foggia (12). Hac occasione conspiciebat quod in illa regione blasphemia, quae maledictio mortuorum dicitur, frequenter occurrebat, praesertim apud populum rudem, et quod a multis confessariis ut peccatum grave considerabatur, immo quod in quibusdam dioecibus ut peccatum reservatum habebatur; qua re quidem maior vitii horror efficiebatur, quin tamen hac ratione improba consuetudo tolleretur (13).

Alfonsus dubitare coepit de gravitate huius maledictionis in se ut modo loquendi generali considerato, quia in pluribus casibus veram intentionem maledicendi mortuos abesse ei constitit. « Scrutinando Alfonso l'intenzione, e non conoscendoci livore verso i defunti ma una stizza verso i viventi, entrò nel dubbio, se di per sé fosse o no colpa mortale. Non conoscendola tale, ebbe a male la riserba e molto più l'erroneità delle coscienze e le anime, perché redicive, lontane mesi e mesi da' Sacramenti, stimandosi ree di colpa mortale » (14). - Uti semper in omni actuositate S. i Alfonsi etiam hic invenitur tamquam primum movens eius sollicitudo pastoralis; propter animarum salutem studuit, egit, vixit (15).

Primo Alfonsus auctores theologiae moralis perquisivit circa eorum sententiam in hac re, sed frustra: « Quantumcumque diligentiam licet adhibuerim, nullum tamen classicum Doctorem, qui de hac re tractaret, invenire potui. Utinam reperissem D. Augustinum, aut D. Thomam, aut alium insignem theologum hac super re me docentem! » (Doc. VI). Et alibi: « Casus apud Doctores morales non invenitur » (16). Tantum breviter illum tractatum invenit apud duos auctores contemporaneos et conterraneos, Iosephum

(12) Cfr M. DE MEULEMEESTER, *Origines de la Congrégation du Très Saint-Rédempteur II*, Louvain 1957, 97-105; R. TELLERÍA, *S. Alfonso I 379 ss.* Vide etiam KUNTZ, *Commentaria de vita D. Alphonsi et de rebus Congr. SS. Red. II et III* (ms. in AG Bibl.).

(13) TANNONIA, *o.c.* I 185: « In Puglia ritrovò caso riserbato la maledizione de' morti »; non indicat tamen in quibus dioecibus casus erat riservatus. TELLERÍA, *S. Alfonso I 405* dicit: « en algunas diócesis ». DE MEULEMEESTER, *Bibliographie I 61*: « On avait erronément classé cette faute parmi les cas réservés dans certains diocèses du royaume de Naples ».

(14) TANNONIA, *l.c.*

(15) Cfr K. KEUSCH CSSR, *Die Aszetik des hl. Alfons M. von Liguori im Lichte der Lehre vom geistlichen Leben in alter und neuer Zeit 2-3*, Paderborn 1926, 36-42: Die Beweggründe der Schriftstellerischen Tätigkeit Alfonsens.

(16) *Medulla theologiae moralis* R.P. Hermanni BUSEMBAUM SI cum adnotationibus per R.P. D. ALPHONSUM DE LIGORIO adjunctis..., Neapoli 1748, col. 141. - Est 1^a editio *Theologiae moralis* S. i Alfonsi, quae infra pluries allegabitur: *Medulla theologiae moralis*.

Iorio (17) scil. et Ianuarium Sarnelli (18), et quidem ambos assentientes suae opinioni: « In utroque libello dicitur praedictam [maledictionem mortuorum] nullatenus esse blasphemiam, sed levem dumtaxat maledictionem » (19).

Amore apostolico animarum permotus, ut peccata reduceret, Alfonsus quaestionem ipse deinde serio excussit, quam attentissime perpendens rationes quae pro et contra gravitatem adduci poterant, et conclusit maledictionem mortuorum in se non esse peccatum mortale, quia per se non est blasphemiam sed potius imprecatio, neque idcirco hunc loquendi modum cum tanta severitate iudicandum atque puniendum esse. Dissertationunculam composuit, sed priusquam illam divulgavit, de dubio suo consuluit « Venerabiles et celeberrimas Congregationes Sacerdotum Missionariorum Neapolis tum regularium tum secularium, et uno ore mihi responderunt talem maledictionem nequaquam accipiendam esse ut blasphemiam nec ut peccatum grave » (20).

Tria responsa diudicantia S. i Alfonsi dissertationem in archivio nostro generali conservata sunt (21), subscripta a Ludovico Sabbatini d'Anfora (22), Pio Operario, ex Napoli die 20 IV 1746, a Iosepho Mornillo (23) pro Congregatione dicta a S. Maria Puritatis, ex Napoli die 22 IV 1746, et a Iosepho

(17) [GIUSEPPE IORIO], *Brieve, chiara e prattica istruzione per gli confessori di terre e villaggi intorno alle cose, che più ordinariamente accadono nell'amministrazione del Sacramento della Penitenza. Con una brevissima prattica di bene assistere a' moribondi*. Composta da un Fratello Missionario della Congregazione del P. Pavone, e data in luce a spese della medesima; Napoli, Ser. Perfile, 1740; 16°, [XXXVI]-487-[5] pp. - Pag. 142-143: « Le bestemmie de' morti e della fede, quando non s'intendono l'anime del purgatorio e la fede di Cristo, non sono peccati gravi; studia tu però a far quanto puoi dal canto tuo di sradicare questi vizj ».

Iorio erat S. o Alfonso amicissimus; in AG I D 36, 23 conservantur sex eius epistulae ad Alfonsum. Notitiae circa P. em Iorio inveniuntur in *Spic. hist.* 8 (1960) 448, 9 (1961) 405 n. 141, 11 (1963) 358.

(18) [GENNARO SARNELLI], *Opera contro all'abuso della bestemmia*. Tomo unico, diviso in tre libri. *Colle regole, maniere e pratiche, ordinate per frenare quel delitto*; Napoli, [Nicc. Naso], 1740; 16°, 140-[IV]-72-288 pp.

Lib. I pag. 92-94: « E' vero che la bestemmia *ex obiecto et ex genere suo* è sempre peccato gravissimo; non di manco bene spesso per diverse circostanze suole rendersi veniale... perché moltissime voci e parole, che si chiamano bestemmie e passano presso il volgo per tali, e per tali si condannano, non sono vere bestemmie... Come [sarebbe] ancora bestemmiare i morti e la fede; per cui comunemente non s'intende affatto bestemmiare né le anime sante del purgatorio o del paradiso, né la fede cristiana... Imperocché quella gente malnata nel bestemmiare suole dire « i morti tuoi, la fede tua », senza punto riferir quelle parole alla fede divina ed alle anime sante ». - Lib. III pag. 180: « Siccome non sarebbe colpa grave né vera bestemmia maledire i morti e la fede; sempre che non s'intende bestemmiare né le anime del purgatorio o del paradiso, né la fede di Gesù Cristo... Poiché per fede s'intende quella fede umana della creatura, e per morti que' cadaveri e quelle ossa ».

(19) *Medulla theologiae moralis* col. 141.

(20) *O. c.* col. 142.

(21) AG I D 36, 50.

(22) De P. e Sabbatini d'Anfora (1708-1776), cfr O. GREGORIO, *Mons. Tommaso Falcoia* (*Bibliotheca Historica CSSR* I), Roma 1955, 358 (Index s. v. Sabbatini d'Anfora); R. RITZLER - P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi* VI (1730-1799), Padova 1958, 93 (Ordinariarius de L'Aquila a die 23 II 1750); TELLERÍA in *Spic. hist.* 10 (1962) 328 n. 3.

(23) De Rev. do Iosepho Mornillo notitiae nobis non prostant. - TELLERÍA, *S. Alfonso* I 406, qui eum dicit esse « Secretario de la Purità », scribit nomen: Morzillo; KUNTZ III 57 et 58: Morcillo, addens tamen interrogationis signum.

Sersale (24) pro Congregatione Apostolicarum Missionum, sine diei appositione. Insuper habetur in *Commentariis*, quae P. Kuntz composuit, dissertatiuncula de eodem argumento (25), cuius originale vel copiam tamen inter documenta archivi generalis frustra quaesivimus. P. Kuntz supponit hoc scriptum confectum fuisse « ad Alfonsi rogatum a quadam neapolitana Congregatione, quam venerabilem coetum a Patre Pavone nuncupatum esse arbitramur, hoc eodem tempore », et Alfonso transmissum. Certum est Alfonsum etiam de dubio suo consuluisse Congregationem Patris Pavone (26), cum qua speciali necessitudine iunctus erat (27), et ab illa responsum accepisse, ut ipse notat in *Expiatione* (Doc. VI). Probabiliter hoc responsum exaratum fuit, saltem in parte, ope studii Iosephi Iorio (28), qui erat socius Congregationis a P. e Pavone institutae.

Haec responsa infra transscribemus (Doc. I-IV). Ex eis clare elucet, uti argute notat Kuntz (29): « et quanti B. noster Pater iam tunc Neapoli aestimaretur, et quam caute ipse in evulgandis suis sententiis procederet ». - Responsum etiam datum est a Patre Porcara CM (30), uti ipse Alfonsus dicit in *Expiatione* (Doc. VI), quod tamen invenire nequimus.

Tempore veris an. 1746 (31) Alfonsus haec responsa opinionem suam confirmantia recepit, sed unanimi Congregationum neapolitanarum sententia nondum contentus, pro maiore securitate Romam scripsit, uti nos edocet Tannoia (32), qui adiungit: « né ivi si stimò altrimenti ». Documenta de hac consultatione romana, vulgationi dissertationis antecedenti, invenire nequimus, nec Alfonsus mentionem eius facit in scriptis suis, ubi ad auctoritatem consultationis neapolitanae non semel remittit. Forse Tannoia hic ponit, tamquam ab Alfonso requisitam, consultationem romanam, quae post obortam controversiam habita est, et de qua infra breviter referemus.

Consensu aliorum de veritate et salubritate pro populo christiano sententiae suae plane persuasus, tandem dissertationem suam, ad modum epistulae scriptam, publici iuris fecit. Dolendum quod ne unum quidem exemplar huius dissertationis notum est. Tannoia dicit, se post decem annos inquisi-

(24) Iosephus Sersale (1708-1759), Ordinarius de Sorrento a die 13 III 1758. Cfr *Hierarchia catholica* VI 389. - TANNIOIA, o.c. 186, dicit epistolam scriptam esse ab Antonino Sersale (a die 11 II 1754 archiep. de Napoli).

(25) KUNTZ III 58-60.

(26) Vulgo dicta etiam: « Congregazione della Conferenza ».

(27) Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 448.

(28) Cfr supra notam 17.

(29) KUNTZ III 53.

(30) De Carolo B. Porcara, Lazarista, cfr TELLERÍA, S. Alfonso II 136 notam 7. - Conservatur in AG I D 36, 43 eius epistula ad S. Alfonsum diei 14 IX 1769.

(31) TELLERÍA, o.c. I 406, dicit: « Al mediar de la primavera de 1745 tenía en su poder las respuestas de los consultados »; ut videtur, 1745 est mendum typographicum pro 1746. - Notentur verba S. i Alfonsi in *Expiatione* (Doc. VI) post mentionem responsorum a Sabbatini, Sersale et Mornillo acceptorum: « Hoc idem mihi nuperrime respondit Congregatio... P. is Pavone »; forse hoc responsum (Doc. IV) ei tantum pervenit, postquam epistolam suam iam vulgaverat.

(32) TANNIOIA, o.c. 186.

tionis exemplar invenisse, quod pro dolor postea perdidit (33); inquisitiones posteriores fructum desideratum non habuerunt (34). - Textus editus in editione epistularum S. i Alfonsi (35) tamquam pars huius dissertationis, non aliud est nisi pars epistulae Patris Sabbatini ad Alfonsum diei 20 IV 1746 (Doc. I).

Doctrinam in dissertatione propositam satis cognoscimus ex aliis documentis contemporaneis, praesertim ex argumentatione quam Alfonsus habet in 1^a editione *Theologiae moralis* (36) et in refutatione adversarii sui (Doc. VI); in confirmationem suae theseos responsa accepta adiunxit (37). - Quoad dissertationis formam initio scripti adversarii (Doc. V) edocemur, quod erat ad modum epistulae, « cuidam anonymo archipresbytero » datae die 12 IX 1746 ex conventu in Deliceto (38), et quod erat « typis excusa italo idiomate ». Quia Alfonsus pluries de brevitate dissertationis suae loquitur, et in *Expiatione* (Doc. VI) dicit eam esse « multo brevior » quam scriptum adversarii (Doc. V) quod 8 pag. constat, opinamur illam 4-6 pag. constituisse; dummodo haec magnitudinis differentia non debeat explicari minore paginarum dimensione et minore impressionis densitate (39).

Post tres menses, die 12 XII 1746, alia epistula scripta est, in qua doctrina Alfonsi et insuper modus agendi Congregationis ab eo fundatae variis ex partibus acri modo impugnabantur. Notitia de exsistentia huius scripti in bibliographia alfonsiana et apud biographos datur, sed exemplar prae manibus non habuerunt (40); Tannoia dicit se exemplar invenisse, quod tamen postea perdidit (41).

Forte fortuna aliquot abhinc annis exemplar invenimus (Doc. V). Est dissertatio ad modum epistulae, 8 paginarum non num. in duobus columnis impr., dimensionis 30 × 21 cm. Ubi typis cusa sit et quam officina typographica, nos fugit; appositio in fine « Datum Romae... » sese refert ad epistulae scriptionem, non ad impressionem vel editionem. Dubium praeterea manet, utrum locus « Romae » non sit fictitius, sicut iam ipse Alfonsus animadvertit (42). Quia dies in fine epistulae adscriptus est 12 XII 1746,

(33) TANNIOIA, *l.c.* in nota.

(34) DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 61. - Ipsi saepius, occasione data, in bibliothecis Italiae, praesertim Romae et Neapoli, de scripto inquisivimus, sed usque in hunc diem frustra.

(35) *Lettere* di S. ALFONSO III (Corrispondenza speciale), Roma [1890], 1-2.

(36) *Medulla theologiae moralis* col. 141-142.

(37) *O.c.* col. 142: « Responsiones illorum in praefata mea epistola extensas inserui ». - Etiam hac ratione inducti sumus ad Doc. I-IV infra integre transcribenda.

(38) Conventum S. Mariae de Consolatione in Deliceto Congregationi nostrae concessum fuit ab Exc.mo Antonio Lucci, Ordinario de Bovino, die 1 III 1745; cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 237-239. - Alfonsus in hoc Collegio residebat ab an. 1745 usque ad an. 1747, quando sedem suam in Ciorani fixit; cfr KUNTZ III 138.

(39) Forma dissertationis adversarii permagna est, ut infra notabitur.

(40) DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 61, notat de hac dissertatione: « Ce factum lui aussi est perdu ».

(41) TANNIOIA, *o.c.* 186 in nota.

(42) Uti patet ex eo quod initio sui responsi (Doc. VI) post verbum « Romae » inter uncus quadratos ponit: ut ibi asseritur.

supponimus eam typis vulgatam esse in altera ultimi mensis anni 1746 parte, vel initio anni sequentis 1747 (43).

Auctor dissertationis indicatur Cyriacus Chryseus, quod est certe nomen fictitium seu pseudonymum (44). Tannoia eum dicit « un Claustrale Pugliese » (45) et ex epistulis Nuntii neapolitani, a P.e Tellería allatis, pressius determinatur ut Pater incliti Ordinis Praedicatorum S.i Dominici, « degente nella Provincia di Bari » (46). Ulterior identificatio nobis hucusque nondum successit (47). Epistula dicitur data Cyriaco Laconio Alferio (48). Etiam haec persona nobis ignota manet; videtur tamen et ille sodalis Ordinis Praedicatorum fuisse, quia Chryseus eum suum magistrum dicit (49).

Controversia, ut videtur, multos animos in diversas partes movebat et non multo post ad Auctoritatem ecclesiasticam romanam, nescimus quo agente, delata est. Nuntius neapolitanus Gualtieri (50) die 10 VIII 1748 epistulas vulgares Alfonsi et adversarii Romam misit ad Card. Secretarium Status (51), qui ei die 16 eiusdem mensis demandavit transmissionem ulteriorum scriptorum; hoc mandatum exsequens, Nuntius die 31 VIII 1748 (52) etiam *Expiationem* S.i Alfonsi (Doc. VI) Romam misit (53). Summus Pontifex Benedictus XIV scripta diudicanda tradere fecit P.i Thomae Sergio (54), sodali Congregationis Piorum Operariorum, qui arbitrium in favorem sententiae

(43) Notetur quod dies scriptionis epistolae S.i Alfonsi est 12 IX, dies scriptionis epistolae adversarii vero 12 XII. Fortasse adversarius hunc diem consulto elegit?

(44) Cyriacus, ex graeco: Dominicus (C. EGGER, *Lexicon nominum virorum et mulierum*, Romae 1957, 41). Chryseus, ex graeco: aureus (dell'Oro?).

(45) Tannoia, o.c. 186.

(46) Apud TELLERÍA, *S. Alfonso* I 408.

(47) DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 62, de auctore dissertationis haec habet: « Quant au fougueux adversaire de S.A., nous croyons pouvoir l'identifier avec le P. Gesualdo Dandolo ». - P. Dandolo OP, auctor dissertationis de hoc argumento an. 1757 edito (vide infra in Appendice), non videtur tamen esse auctor dissertationis an. 1746. Non solum modus scribendi est omnino diversus (laudat in Introductione missionarios CSSR: « possono chiamarsi con verità lumiere splendidissime dell'Ordine Ecclesiastico »), sed dicit etiam se tunc tantum scribendi initium de hac re fecisse (« per l'alto concetto di coloro, che la insegnavano, non ebbi l'ardire di subito tacciarla di errore, onde per lungo tempo volleno meco stesso considerarla, affine di esaminare e vedere la verità. E finalmente... »). De controversia ann. 1746-1748 Dandolo in dissertatione an. 1757 et posterioribus ne verbum quidem profert. Vide etiam TELLERÍA, *S. Alfonso* I 645 n. 76: « Me inclino a creer que el P. Dandolo es distinto del primer adversario que tuvo Alfonso en 1746 ».

(48) Fortasse « Cyriacus » non est nisi versio graeca vocis « Dominicanus ».

(49) Consultavimus de his personis etiam Archivum generale OP et Institutum historicum OP. Gratias agimus RP.i Raim. Creyens OP, Instituti historici OP socio, qui humanissime nos adiuvit.

(50) Exc.mus Ludovicus Gualterius GUALTIERI (1706-1761); cfr *Hierarchia catholica* VI 299 et 21 n. 8.

(51) Em.mus Silvius VALENTI GONZAGA (1690-1756); cfr *Hierarchia catholica* VI 307 et 9 n. 30.

(52) Cfr TELLERÍA, *S. Alfonso* I 407-408, qui varios epistularum passus transcribit.

(53) In Archivo generali OP inspeximus Registrum epistularum missarum Rev.mi Patris Magistri generalis Antonini Brémond mensibus iulii-sept. 1748 (ser. IV, vol. 220, ff. 89-136 [= 126]), sed nil de hac controversia invenimus.

(54) De P.e Thoma Sergio cfr GREGORIO, *Mons. Falcoia* 38 n. 13.

alfonsianae dedit, quod iudicium Papa Lambertini suum fecit (55). De hac disquisitione romana deque felici eius exitu certiores nos reddit ipse Alfonsus in opere suo *Pratica del confessore per ben esercitare il suo ministero* quod prima vice an. 1755 edidit, adiungens illud in fine tomi II secundae editionis suae *Theologiae moralis* (56).

Textus de maledictione mortuorum, vulgati in opere *Pratica del confessore*, transcriptione hic opus non est, quia in sequentibus editionibus, usque in praesens, invenitur (57), sicut etiam in editionibus versionis latinae, quae prima vice an. 1757 curis ipsius auctoris prodit (58).

DOCUMENTA

Ab adponendis textui documentorum adnotationibus, quibus illustratur doctrina proposita, impugnata, defensa abstinemus. In animo nobis est proponere anno sequenti argumentum blasphemiae mortuorum in historicis suis adiunctis positum tamquam materiam tractandam in exercitatione practica Academiae Alfonsianae; tunc locus erit fusius inquirendi circa rationes intrinsecas ab utraque parte allatas et circa doctrinam auctorum qui a S.o Alfonso adversarioque eius in favorem sententiae suae allegantur. Brevis complexio huius inquisitionis speramus fore ut s.t. lectoribus horum foliorum proponi poterit.

I

Epistula Ludovici Sabbatini d'Anfora ad S. Alfonsum, 20 apr. 1746

Ill.mo e Rev.mo Sig., Sig. e P[adro]ne Col.mo

In esecuzione de' gentili comandi di V. S. Ill.ma, co' quali si degna onorarmi per sapere il mio sentimento e de' nostri circa la bestemmia de' defunti, che vulgarmente col nome *de' morti* tanti profferiscono, le sono a

(55) Cfr TANNOLA, o.c. 247-248. Assertum tamen hic relatam in contextu historico ponere nequimus.

(56) *Theologia moralis concinnata a R.P. D. ALPHONSO DE LIGORIO*, Rectore Majore Congr. SS. Red., per *Appendices in Medullam R.P. Hermanni BUSEMBAUM S.I.* Editio secunda, II, Neapoli 1755, 719. - Tempus disquisitionis romanae et quando P. Sergio iudicium suum dederit, ulterius determinare nequimus.

(57) Editiones enumerantur apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 81-84. - Opus ultimo vulgatum est an. 1948: *Edizione critico-pratica* a cura del Can. Giuseppe PISTONI; Modena, Tip. « Imm. Concezione », 1948; 16°, XVIII-323 pp. (de disquisitione romana pp. 43-44). - In versione hispanica: *La Práctica del confesor para ejercitar bien su ministerio*. Versión y anotaciones del R.P. Nicanor MORIONES; Madrid, Edit. « El Perp. Socorro », 1952; 16°, 573 pp. (de disq. romana pp. 112-113).

(58) *Praxis confessarii ad bene excipiendas confessiones*. - Editiones enumerantur apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 81-84. Editio critica curata a P.e Gabriele BLANC edita est in fine editionis criticae *Theologiae moralis S.I. Alfonsi*, vol. IV, Romae 1912, quae editio arte photomechanica iterum reproducta est an. 1953 (de disquisitione romana p. 545). Idem textus criticus etiam separatim editus est, Romae 1912 (de disq. romana p. 59).

dire, che io ho sempre giudicato che il dire coll'idiotismo napoletano: *Mannaggia i morti* &c. non sia peccato mortale (1). Di tal maniera è stato fisso in me questo mio sentimento che mi sono sempre ammirato di tanti valent'uomini, i quali la prendean sempre per colpa grave. Una volta trovandomi in Calabria parlai con un Religioso assai dotto, il quale era di sentimento contrario al mio; e avendo egli inteso le mie ragioni, restò capace (2). Sempre che io ho dovuto nelle Missioni far l'istruzione o sia catechismo, ho spiegato il mio sentimento, che ex objecto non sia peccato mortale. Di questo sentimento sono io stato sempre, e del medesimo sono stati e sono tutti i nostri Padri, che io ho conosciuto e ora vivono nella nostra Congregazione (3); alcuni de' quali, parlando de' nostri PP. defunti, sono passati a miglior vita con opinione di santità, e de' quali se ne stan formando i Processi per la beatificazione. Si ferma è stata la mia Congregazione in sostener ciò, che ha biasimato la condotta di taluni, che potendo impedir le colpe mortali, come dirò, col sostener la opinione mia, le facilitano e le moltiplicano col seguire e publicar la opinione contraria.

Le ragioni, che mi spingono a tener, che non sia peccato mortale, le sono ben note; ma ce le riferisco, per sostenere la mia opinione.

Per primo la bestemmia è una parola ingiuriosa contro Dio o contro i Santi &c. Se per la bestemmia de' morti intende chi la profferisce bestemmiare (4) i Santi o le anime del purgatorio, siamo fuor di questione, perché sarà sempre peccato mortale. Intendendo però queste parole come suonano, significano una maledizione fulminata o a' dannati, che sono i veri morti, perché morti alla vera vita, o le ossa de' defunti. Se dir *Mannaggia i morti* e intendendo questi, possa dirsi peccato mortale, io non posso capirlo.

2°. Nelle parole dubbie, secondo la sentenza più rigida, ancorché la intenzione di chi parla non sia di bestemmiare in cosa grave, o pure non sia di offender Dio in cosa grave, si deve intendere ciò che crede la gente; e sarà bestemmia, se il popolo la tiene per tale. A tanti che ho confessato, avendo chiesto, che intendeano per queste parole, o se aveano inteso le anime sante o del purgatorio o del cielo, han risposto: « Dio mi liberi. Ho inteso i morti semplicemente ». Ecco dunque, che così si crede; e tutti distinguono fralle anime sante e i morti.

3°. Le bestemmie son tali, e perché suonano così appresso tutti, e perché così le intende chi le profferisce. Domandate pure a chi bestemmiare i morti, se ha inteso maledir le anime sante del purgatorio o del cielo; vi dirà

(1) *Mannaggia*: male n'aggia; ex lat. male habeat. A. ALTAMURA, *Dizionario dialettale napoletano*, Napoli [1956], 139. - Cfr R. ANDREOLI, *Vocabolario napoletano-italiano*, Torino [1887], 372.

(2) *Capace*: convinto, persuaso. ALTAMURA. *o.c.* 95.

(3) De Congregatione Piorum Operariorum cfr notitias in *Spic. hist.* 8 (1960) 304-305.

(4) Fragmentum huius epistulae editum inter S. i Alfonsi epistulas (*Lettere III*, Roma [1890], 1-2) hic incipit a vocabulis « I santi » et terminatur in fine num. 8 vocabulis « alla ragione ». Est textus integer pp. 3-6 scriptus (unum folium) epistulae originalis; quae olim fortasse separatim conservabantur, nunc vero filo ad pp. 1-2 et 7-8 (alterum folium) unitae sunt

tosto di no. Dunque, se così la sente chi dice e chi ascolta, la bestemmia dov'è?

4°. Tutti che si confessano, si accusano distintamente e fan distinzione fra 'l bestemmiare i Santi, bestemmiare le anime del purgatorio, e bestemmiare i morti. Dunque, altra cosa s'intende per questa ultima, distinta dalle prime; e per quella osservazione, che io ho fatta, taluni rei di aver bestemmiato le anime del purgatorio, se ne accusano con ribrezzo. Or vedasi, se poi nel bestemmiare i morti intender si voglia di bestemmiare le sante anime.

5°. Secondo la sentenza contraria non vi è distinzione fra queste parole coll'idiotismo napoletano: *Mannaggia Santo N.*, *Mannaggia le anime del purgatorio* e *Mannaggia i morti tuoi*. Il che quanto sia lontan dal vero, ognun lo conosce. E tutti, sì quelli che inciampano in tali bestemmie, sì que' che li sentono, credono che 'l bestemmiare i morti sia distinto dal bestemmiare i Santi e le anime del purgatorio.

6°. Moltissimi, come ella avrà osservato, si accusano di avere bestemmiato i morti, e soggiungono non avere avuto intenzione di bestemmiar le anime del purgatorio.

7°. Perché seguendosi la opinion contraria, si vengono a facilitare le colpe. Perché la gente minuta, preoccupata da tal sentimento, crede, come ho trovato dopo che hanno inteso esser peccato mortale, che sia peccato mortale bestemmiare i morti agli animali, alle piogge, a' venti &c.

8°. I confessori devono impedire i peccati. Seguendo il mio sentimento, se ne impediscon moltissimi; perché essendo sì usuale tal bestemmia, o quanto si moltiplicherebber le colpe col publicar che sia colpa grave! Dunque, perché non si deve fare e tenere ciò che è sì conforme alla ragione? (5).

9°. Se si dice che i corpi ancora son tempio dello Spirito Santo, mi pare che sia ragione frivola. Se uno dice ad un altro: *Mannaggia il corpo tuo*, non sarà tenuto per reo di colpa mortale. La stessa cosa si dive dir nel caso nostro. Oltre a che, e chi è che in bestemmiare i morti pensi, che furon tempj dello Spirito Santo? Per non dire chi è della gente minuta, che ciò sappia?

Ecco espressi a V. S. Ill.ma i motivi, su' quali mi sono sempre appoggiato a tener questo sentimento, che mi è paruto (6) sempre conforme alla ragione. I nostri, come le ho detto, sono tutti di questo sentimento; e tutti nel far le istruzioni o sia catechismi nelle Missioni dicono lo stesso. - Frat-tanto ella segua a comandarmi, che io mi dico davvero

Di V. S. Ill.ma

Dev.mo ed Obb.mo Servidor vero
 Lodovico Sabbatini d'Anfora
 de' Pii Operarj

Napoli, 20 Aprile 1746

A tergo manus antiqua ignota apposuit: Lettere del P. R.re Mag.re

(5) Hic terminatur fragmentum epistulae impressum.

(6) *Paruto*: parso; forma antiqua.

II

Epistula Iosephi Mornillo
ad S. Alfonsum, 22 apr. 1746

Viva Giesù, Gius^e e M^a

Rever.mo Sig.re, Sig.re e P[adro]ne sempre Colendis.mo

Ricevo da V. S. R.ma la nota sovra la bestemmia de' morti ed attentamente consideratasi da questa Congregazione (1), havrebbe al certo ammirata la soda, piana e qui per altro comunissima dottrina sovra di tal bestemmia, qualora tutto il clero di questa città, non che questa sola Congregazione, non fusse ben consapevole ed avesse più di una volta ricevuto gran saggio del suo alto sapere e della sua gran pietà, da cui non potea sperarsi che cosa di molto utile a tante povere anime. - Si ammira bensì l'acceso zelo di codesti Sig.ri Prelati e se ne rendono grazie a Dio, e per questo istesso zelo vengono compatiti nel trasporto di riservare la bestemmia de' morti, che tal riserva non viene stimata di molta prudenza.

E' superfluo aggiungere altra riflessione alla nota ricevuta, non mai abbastanza lodata. Pure ad aggiungervi un apice, si stima affatto ridicola l'ultima replica, dove si dice che predicata questa dottrina, si dij ansa a bestemmiare. Non è forse dottrina incontrastabile, comunissima, senza alcuna eccezione, doversi sempre togliere l'ignoranza dal penitente, quando questa l'è contraria, a differenza di quella ignoranza che essendogli favorevole tiene bisogno di molta circospezione? Or, se a tanto è obbligato un confessore che mira almeno principalmente il solo bene del penitente, quanto più deve istruire un predicatore, che parlando in pubblico, deve mirare al pubblico bene, col quale può talvolta congiungersi il danno di qualche particolare, [es]sendogli perciò detto, « Argue opportune, importune » (2). E poi, se dall'insegnarsi non essere un'azione peccato grave si da ansa a commetterla perché veniale, non si potrà dunque più istruire e distinguer lepra da lepra, correndosi sempre l'istesso pericolo; ed in sequela non potrà più dirsi non essere spergiuro chi sovra la bugia attesti: « In mia coscienza », lo che chi non vede quanto sia falso.

Ringrazio finalmente V. S. R.ma dell'onore compartitomi de' suoi pregiatissimi comandi e con l'aspettativa d'altri più premurosi, raccomandandomi alle sue orazioni, resto con tutti di questa picciola Adunanza, rassegnandomi per sempre

Di V. S. R.ma

Umiliss^o servidore oblig.mo

Gius^e Mornillo

Pref. de' casi in Cong.ne

Napoli, 22 Aprile 1746

(1) De Congregatione dicta a S. Maria Puritatis, vulgo S. Georgii Maioris, vide *Spic. hist.* 8 (1960) 304 n. 1, ubi ad studia quae de hac Congregatione scripta sunt, remittimus.

(2) 2 Tim. IV 2: « Praedica verbum; insta opportune, importune; argue » etc.

Notizia a tergo: eadem manu scripta: Essendosi trovato gravemente infermo il Superiore di questa Congregazione di S. Maria della Purità in S. Giorgio Maggiore, è stato comandato dal Padre al Prefetto de' casi rispondere ad V. S. Rev.ma, come ho fatto, e con ogni dovuto rispetto le bacio riverentemente le mani.

III

Epistula Iosephi Sersale
ad S. Alfonsum

Viva Giesù, Maria e Giuseppe

Ill.mo Sig. mio, P[adro]ne Col.o

Per obbedire a' comandi del nostro Padre Superiore, il quale si ritrovà già partito per la Visita a Piscinola, le partecipo, come avendo letta la sua giudiziosa scrittura in Accademia circa la bestemmia de' morti (mentre mi dimenticai farlo in Congregazione), concordemente da persone dotte fu approvata, e nessuno trovò difficoltà, acciò si fosse tolta una tal mala fede per ovviare alla coscienza erronea. Onde può V. S. Ill.ma liberamente regolarsi a tenore della scrittura.

Anzi, essendosi trovato in Accademia un confessore napoletano dotto e da bene della Congregazione di S. Giorgio, stato alla Missione di Bisceglia nello scorso inverno, disse che l'avevano loro praticato. Anzi, erasi da qualcheuno giunto ad insegnare, che se avessero previsto che il confessore non l'avrebbe assoluto per causa della bestemmia de' morti, nel senso però da noi inteso, potevano lasciarla di confessare per non essere materia necessaria ma sufficiente, perché peccato veniale; e questo doppio la dottrina soda intesa che detta bestemmia sia peccato veniale, quando non si intendono l'anime del purgatorio.

Questo è quanto devo parteciparle a tenore de' comandi del Padre Superiore e di V. S. Ill.ma, e nel mentre le offro la mia cordiale servitù con raccomandarmi alle sue fervorose orazioni ed a quelle de' suoi Signori compagni, avendone gran bisogno, resto baciandole divotamente la mano con ringraziarla in nome della Congregazione dell'umiltà e subordinazione che dimostra nel darle parte delle Missioni (1), pregandole dal Signore la pienezza delle sue benedizioni.

Umiliss. ed Oblig. servo, amico e fratello
Giuseppe Can.co Sersale

Alterum folium epistulae avulsum est, sed remanet parva pars huius folii, ubi S. Alfonsus m.p. sequentem notitiam apposuit: V. G. M. - Lettere delle CC. per la best. de' morti.

(1) De necessitudine S. Alfonsi cum Congregatione Apostolicarum Missionum, cuius sodalis fuit ab an. 1724, cfr TELLERÍA in *Spic. hist.* 8 (1960) 409 ss.

IV

Brevis dissertatio de maledictione mortuorum
 probabiliter a Congregatione Patris Pavone
 ad S. Alfonso missa

Viva Gesù e Maria!

Essendosi il dubbio proposto in Congregazione e con matura riflessione agitato e discusso da una gran quantità de' Fratelli, si è risoluto e deciso in questa maniera:

Primo, dividendo la bestemmia o come risiede nell'animo del bestemmiatore o pure come è in se stessa. Nell'animo del bestemmiatore questa bestemmia de' morti tanto pesa nella sua malizia di colpa, quanto prima fu la cognizione del bestemmiatore, essendo certa la dottrina dell'Angelico Dottore S. Tommaso che « tanta est culpam malitia quantum prius praecesserit cognitio ». Onde poi da' moralisti in certo principio di coscienza, da essi chiamato, è stata trasferita la sopracitata dottrina. Onde è che, se taluno bestemmia li morti e crede che questa sua bestemmia sia colpa mortale, non può certamente essere scusato di malizia grave il suo peccato.

Che se poi si vada cercando che peccato sia in sé questa nuda bestemmia de' morti, allora bisogna considerarsi l'intenzione del bestemmiatore, essendo certa la regola dataci da S. Agostino, il quale nel libro 2° *De moribus Manichaeorum* al capo XI definisce così la bestemmia: « Mala verba de Deo dicere », cioè peccato vero di bestemmia è ogni ingiuria detta contro Dio, siccome dopo il precitato Dottore l'hanno definita tutti li moralisti: Laymann lib. IV, tract. 10, cap. 6; Castropalao tract. 16; Sanchez lib. 2° *In Decal.*, cap. 32: « Blasphemia est maledictio sive contumelia adversus Deum ». E sebbene propriamente l'ingiuria o la contumelia contro di Dio sia bestemmia, nulladimeno anche la contumelia detta contro de' Santi è bestemmia; e ciò è chiaramente definito nel cap. 2° *De maledictione* 6°.

La ragione di questa legge la dà S. Tommaso nella 2^a-2^{ae}, qu. 13, art. I ad 2^{um}: « Sicut Deus in Sanctis suis laudatur, in quantum laudantur opera quae Deus in Sanctis efficit, ita et blasphemia, quae fit in Sanctos, ex consequenti in Deum redundat ». Da ciò raccogliasi che una bestemmia si è un'ingiuria o una contumelia contro di Dio o contro de' Santi o contro qualunque altra cosa, dove riluce un chiaro raggio della divina bontà, come chiaramente lo rapportano Sanchez, Suarez, Castropalao, Bannez, Cardin. Cajetanus et alii. Che se poi nella cosa che viene ingiuriata non già vi riluce il chiaro raggio della divina bontà, ma solo la cosa è oggetto della divina potenza, in tal caso non è bestemmia, ma semplice imprecazione. Laymann tract. 10, lib. 4, cap. 6.

Supposta dunque tale dottrina, facilmente ne siegue qual sorte di bestemmia è peccato mortale e quale veniale. Sempre che si bestemmia una cosa che a Dio appartenghi come ad esso consecrata, allora è peccato grave. Se poi la cosa non è a Dio consecrata o in essa non risplenda un chiaro raggio della divina bontà, allora non è peccato grave. Che però se bestemmia-

si l'anima delli morti, perché nell'anima risplende un chiaro raggio della divina bontà, tale bestemmia è peccato grave. All'opposto: la sola bestemmia de' morti, senza che chi la proferisce abbia intenzione di bestemmiare l'anima, è peccato veniale.

Oltre di che può aggiungersi un'altra dottrina dell'Angelico Dottore S. Tommaso, il quale dice che allora è propriamente bestemmia di peccato grave, quando cioè contro di cui si proferisce l'ingiuria, se si lodasse, Iddio verrebbe ad essere lodato. All'incontro: se cioè lodandosi, Iddio non verrebbe ad esser lodato, l'ingiuria o la contumelia contro di questo non è bestemmia né peccato grave. Chi mai ha detto che [in] lodare i morti tal lode a Dio appartenghi; niuno certamente! Onde è che il bestemmiarli non è propriamente bestemmia o peccato grave.

Che se tal bestemmia non si trova presso gli autori descifrata (1), si risponde che chiaramente non si tocca, ma abbastanza da essi si raccomanda: dal Bannez quest. 13, art. 2; dal Suarez cap. V, num. 4; dal cardinale Gaetano nell'articolo 1^o, quest. 13^a, 2^a-2^{ae}, ed altri, come dal Sanchez l.c. n^o 29, li quali dicono concordemente: « Quod si quis dicat maledictiones contra Sanctos, non qua sancti sunt, sed ut quidam homines, et sanctitas tanquam accidentaria consideretur, non videtur haec blasphemia ». A fortiori quando uno solamente bestemmia materialmente li morti.

Si risponde per ultimo alle due obiezioni. Alla prima, che molti confessori della Puglia la stimano bestemmia grave; di quella devesi intendere che o la mala fede di chi la proferisce la facci essere grave, o pure la mala intenzione di bestemmiare l'anima. Alla seconda obiezione, che in alcune diocesi è peccato riservato, non può dirsi: « Come veniale l'hanno riservato »; poichè, sebbene lo può il vescovo, nulladimeno il Concilio di Trento nella sessione 14^a al capo 7^o spiega il suo sentimento, cioè che solo li peccati gravi ed esteriori si riservino: « Gravia et enormia crimina reservantur ».

Che però ha stimato la Congregazione che circa tal materia se ne facci parola, ma con prudenza, presso de' vescovi che l'hanno riservato, e con libertà apostolica insinuasi al popolo non essere colpa grave tal bestemmia, ma solamente quando s'intende bestemmiare l'anima de' morti, e dirli ancora che in questo senso è stato riservato il peccato. Il tutto però si deve fare con somma prudenza e con Dio avanti gli occhi, acciò riesca e di profitto per le anime e di gloria del Signore, ed anche si dimostri ossequioso rispetto ai prelati.

V

Dissertatio de maledictione mortuorum impugnans dissertationem S. i Alfonsi de eodem argumento, 1746

Unicum exemplar existens, prout scimus, conservatur in Arch. gen. CSSR, Romae

Textus undique conspersus est allegationibus explicitis et implicitis ex S. Scriptura et ex auctoribus antiquitatis classicae depromptis, quarum principaliores tantum indicabimus. Adagia etiam multa et locutiones proverbii

(1) Descifrare: decifrare. ALTAMURA, Diz. dialett., napol. 113.

loco celebratae non paucae in scripto inveniuntur. Auctor certe demonstrat magnam consuetudinem tam verbi divini quam scriptorum classicorum, et modo sat eleganti haec omnia elucubrationi suae intexit.

Gratias agimus clarissimo nostro amico Petro Hendrix, professori linguae graecae scientiae ac graecorum scriptorum historiae in facultate litterarum humanarum Universitatis Lugduni Batavorum (Leiden, Nederland), et confratri Alfonso Humbert, professori theologiae moralis biblicae in Academia Alfonsiana, qui humanissime adiuvamen nobis dederunt in quibusdam allegationibus inveniendis et interpretandis.

VINDICIAE / THEOLOGICO-CRITICAE / ADVERSUS
/ Epistolam, quae italo Idiomate in maledi- / ctionis Mortuorum
excusationem Typis / excusa quaquaversum per Apuliae loca / a
quibusdam Missionariis cir- / cumfertur, & publice / praedica-
tur. / [*ornamentum cum floribus*].

[p. 2] Rogo vos, Fratres, ut observetis eos, qui dissen- / tiones,
& offencula praeter Doctrinam, quam / vos didicistis, faciunt,
& declinate ab illis. / Hujusmodi enim Christo Domino nostro
non / serviunt, sed suo ventri; & per dulces ser- / mones, & bene-
dictiones seducunt corda inno- / centium. / *Ad Rom.* c. 16, v. 17-18.

[p. 3] CYRIACO LACONIO ALFERIO / Theologiae Profes-
sori optimo, & Magistro suo / benemerentissimo / CYRIACUS
CHRYSEUS / Felicitatem.

[col. 1] V¹³Ulgares Literas, quas Alphonsus de Ligorio, Rector
Congregationis SS. Salvatoris (1), cuidam anonymo Archipresbyte-
ro, pridie Idus Septembres (2) ex Domo quadam solitaria sub titulo
S. Mariae Consolationis, intra nemus Iliceti (3) Dauniae (4) nostrae
oppidi sita, dedit typisque mandavit, et quas ad me Romae forte
degentem reddendas curasti, non sine animi mei horrore ac indi-
gnatione perlegi. In iis enim, cum integra ἀπολογία pro iis, qui
christianae professionis in Domino mortuis maledicunt, exhibeatur;
cumque non solum conetur Auctor infirmis levibusque de caussis
ejusmodi maledictionem in ore impiorum plerisque in locis Regni
nostri Neapolitani, praesertim in Apulia, grassantem a lethali nota,
contra ac primi subsellii theologis hactenus visum vindicare; verum

(1) Congregatio die 9 XI 1732, festo dedicationis archibasilicae SS.mi Salvatoris in Laterano, a S.o Alfonso fundata, usque ad approbationem pontificiam, die 25 II 1749, a SS.mo Salvatore nuncupabatur.

(2) Die 12 septembris (1746).

(3) Fundatio in Deliceto peracta est an. 1745. - Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 278.

(4) Daunia: pars septentrionalis regionis Apuliae in Italia meridionali, nunc « Puglia » aut « Puglie » dictae. - Vide Aeg. FORCELLINI e.a., *Lexicon totius latinitatis*, tom. V: *Onomasticon* (A - I), auct. Ios. PERIN, Padova 1940, 463.

etiam confessarios et praedicatorum hortari, ut sic poenitentes et populos omnes acriter instruant, quid aliud quaeso factum esse dicemus, nisi jus datum sceleri et facinori publicam fidem? Hos igitur sensus solitudo illi *δυσήτωρ* (5) inspiravit? Haecine *μυστικώτερα* (6) inter sylvarum recessus, quo duxit illum spiritus (*ὁ ἀγαθὸς ἢ ὁ πονηρὸς* (7)), nescio, concepit et peperit?

Longe aliter per tot secula theologorum nostrorum censuit antiquitas, Ecclesiarum Regni inolevit consuetudo, Episcoporum sancivit auctoritas, qui multis Synodis rem discussam acuteque libratam stricto sibi jure adjudicarunt. Quid ad haec Rector Consolationis? (8) An erravit antiquitas? Illusae fuerunt tot Ecclesiae? Insipientes tot philosophi, tot theologi, tot Episcopi? Ipsene adeo sapiens et *ὁ εὖρων* (9), ut ceteros susque deque habeat contra monitum Apostoli, *Rom.* 11 (10): « Non sitis vobis ipsis sapientes », adversus quem jamdiu exclamaverat Isaias (11): « Vae qui sapientes estis in oculis vestris? » Dicamus igitur Auctori illud Plauti, capt. 3. 4. 34 (12): « Tu repertus, Philocratem qui superes veriverbio ». Novitatem infert in Ecclesiam haec opinio, idcirco mihi suspecta; auctoritate Ecclesiae et pastorum ejus non pollet, ideo mihi non sapit, ideo mihi despecta.

Ausus est ad hunc locum (quis credat?) nescio cujus *Docti* adferre responsum, posse nempe Episcopos *venialia* sibi peccata reservare. Sed ubinam gentium in Ecclesia Catholica mos iste invaluit? Cum enim casuum reservatio nonnisi de *gravioribus et atrocioribus* criminibus, ut loquitur Tridentinum, sess. 14, c. 7 (13), fieri debeat, fit inde, ut ab illa excludantur peccata, quae venialia seu *minuta* notantur in textu cap. *Unum*, c. *Nunc autem*, dist. 25. Nam quomodo materia reservationis esse potest, quae non est necessaria confessionis? Atqui, nullo jure confiteri cogimur venialia;

(5) *Δυσήτωρ*: subst. tristis; qui est animo molestiis affecto. - Vide Henr. STEPHANUS e.a., *Thesaurus linguae graecae*, reimpressio photomechanica: Graz 1954, III 1752.

(6) *Μυστικώτερα*: *μυστικώτερα* (ζ=στ), valde arcana (superlativus).

(7) In S. Script. *ὁ πονηρὸς* habetur pro spirito malo, i.e. diabolo.

(8) Rector *Consolationis*, i.e. domus sub titulo B.M.V. Consolationis. Ut videtur, hic et semel iterumque infra haec vox per ironiam adhibetur, in quantum S. Alfonsus sententiam benignam proponit in consolationem animarum, ad tollenda peccata.

(9) *Εὖρων*: qui pulchro naso est; *transl.* cui est bonus nasus, homo sagax. - STEPHANUS IV 2414.

(10) *Rom.* XI 25.

(11) *Isaias* V 21.

(12) *PLAUTUS, Captivi* 3, 4, 36 (perperam allegatur vers. 34 in textu). - Est vers. 490 totius comoediae.

(13) *DENZ.* 1687 (olim 903).

ergo, nullo jure possunt reservari. Hinc communiter moralistae inferunt, Episcopo sibi reservante furtum, intelligendam esse eam tantum- [col. 2] modo furti quantitatem, quae usque ad mortale pervenit, et rem minimam subripiendam a quolibet confessario, jurisdictione super reservatis carente, absolvi posse. Sensit et Auctor hujus levitatem doctrinae, ad farciendos illiterato populo centones ex industria adlatae, et ipse in tutissimum asylum, ut putat, se recepit, quod quam lubricum sit, quamprimum videbimus.

Nempe Episcopus, ait, criminis hujus iudicium sibi vindicantes, de maledictione *animarum*, non *corporum* defunctorum intellexisse. Luditne lepidissimus Rector, an oscitans id dixit? Stemus simul cum ipso. Ne igitur Episcoporum detrahamus auctoritati, subsistit reservatio in maledicentes animabus corpore solutis? Adeone? «Sic intelligendum est, inquit, p. 4, vers. 18 et sequentibus, scilicet in rigorosa acceptione pro illis tantummodo, qui maledicendo mortuis eorum animas specificarent». (Jam nunc scholasticarum vocum, quas materia theologica proprias sibi fecit, usurpandarum veniam petimus, dedimusque vicissim). Teneat igitur, stet concessis, praestet se virum. Quare igitur pag. 2, v. 32, *a quodam Docto* (hujus furfuris sunt duces et doctores ejus, quos nec audet nominare; sylvestres forte, id est domi inter sylvas nati) audivisse affirmat, non adhuc liquido constare, utrum animabus mortuorum maledicere sit lethali culpae obnoxium. Cui viro docto adhaerens et confirmationem de proprio penu addens, v. 33, eo quia, inquit, nescimus utrum animae illae sic maledictae sint, necne de numero praedestinarum. Ergo quod absolute nobis pag. 4 concedit in obsequium, ut ait, Episcoporum, id negavit pag. 2 ob dicentis auctoritatem illius cujusdam *viri Docti*? ὁ ἐλίκοψ (14); videntur hae indignae theologo turpesque circa idem antilogiae. Doctus iste suus itane tanti est apud eum, ut tot tantorumque sapientissimorum praesulum auctoritati praeponderet? Istene est respectus, quem fatetur pag. 4 erga sanctos Episcopos? Incertum est, an defunctorum spiritus sint de numero electorum. Quisnam hominum hoc inficiatus est? Quid vero, si sint praedestinati, ut pie creditur de iis, quos bene sacramentis Christi Domini munitos in loco sancto recipit pia Mater Ecclesia et pro illis continenter ad Deum preces fundit? Quid inquam? In re tam ancipiti quantone periculo se committit sic exsecrans animas, quas Salvator aeterno sibi foedere

(14) Ἐλίκοψ: cui oculi volubiles sunt et versatiles, *transl.* homo mutabilis in opinionibus suis, devius. - STEPHANUS IV 738.

devinxit? Porro saltem ob periculi tam proximi metum, immunis a crimine judicanda non erit ejusmodi probrosa imprecatio. «Qui enim amat periculum in illo peribit». *Ecclesiastici* c. 3 (15).

Sed rem acu tangemus et os loquentium iniqua (16) obstruemus, si haec tria sedulo ad trutinam theologiam revocabimus: I. An mortale facinus habendum sit, ore vel corde animabus defunctorum maledicere, id quod Auctor in dubium vocat, p. 2. - II. Quid intendat maledicens mortuis absolute. - III. Quodnam peccati genus sit maledicere tantummodo corporibus mortuorum.

Et quantum ad primum audiamus Angelicum Doctorem, cujus miram eruditionem ore divino commendatam quanti pendat Ecclesia, neminem in- [col. 3] ter homines latet. Ipse in 2-2, q. 76, art. 1, quaerens, an maledictio sit peccatum mortale, sic respondet: «Dicendum, quod maledictio est, per quam pronuntiatur malum contra aliquem, vel imperando, vel optando. Velle autem, vel imperio moveri ad malum alterius secundum se repugnat caritati, qua diligimus proximum volentes bonum illius, et ita secundum suum genus est peccatum mortale et tanto gravius, quanto personam, cui maledicimus, magis amare et revereri debemus. Unde dicitur *Levit.* 20 (17): 'Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur'. Contingit autem verbum maledictionis prolatum esse peccatum veniale, vel propter parvitatem mali, quod quis alteri maledicendo imprecatur, vel etiam propter affectum ejus, qui profert maledictionis verba, tantum ex levi motu, vel ex ludo aut ex subreptione aliqua». Haec D. Thomas; cui subdit Dominicus Sotus, Lib. 5 *De justitia et jure* q. 12, a. 1: «Tantum pravitatis habere hoc maledictionis peccatum in parentes aut in superiores, ut neque per jocum citra peccatum lethale ulli liceat, quia nedum accederet scandalum, sed etiam contumeliae genus; tanta siquidem est reverentia et amor, qui certe illis debetur».

Ad haec autem communiter apud theologos recepta sic modo ratiocinari liceat. Animas defunctorum quanto amore et reverentia prosequi debemus, quarum plurimae sane in caritate perfecta et consummata Deo conjunctae, vel expiatoriis flammis ad Agni nuptias aptantur, aut castissimos inter coelestis Sponsi amplexus jam Deo fruuntur et Agno? Si profecto superiores nostros, aut in dignitate aliqua constitutos, quam maxime diligere et revereri tene-

(15) *Eccli.* III 27.

(16) Expressio deprompta ex *Psalm.* 62, 12.

(17) *Lev.* XX 9. - Etiam *Exod.* XXI 17; *Mt.* XV 4; *Mc.* VII 10.

mur, quanto magis beatificandas aut jam beatas animas, quarum sors inter sanctos est (18), quarum conditio inter filios Dei et sponsas Christi Domini recensetur? Quanti igitur criminis reus erit?, quo supplicio dignus, qui contumeliose, scandalose, perverso plerumque animo filios Dei et Christi sponsas carissimas consuevit diris devovere? Certe noxam et injuriam cum metiantur omnes, praesertim theologi, ex dignitate personae offensae, ita ut loco proverbii apud ipsos cesserit: «Honor in honorante, offensa in offenso», procul dubio facinus hoc maledictionis mortuorum intra simplicis imprecationis septa contineri non videtur, sed usque ad eam blasphemiae atrocitatem pertingere, per quam derogatur excellentiae Divinae Bonitatis ea parte, qua Sanctis suis communicatur. Irrogare namque injuriam Deo vel Sanctis, ut docet Angelicus 2-2, q. 13, a. 1 et 4, dist. 4, dicendo: «Maledictus sit Deus, vel S. Dominicus», ad secundum refertur blasphemiae modum, quo quis tribuit Deo, quod ei non convenit. Sicut enim laudatur in Sanctis suis, ita vituperatur in illis. Ecquidnam? Nonne sunt pleraeque animae defunctorum sanctae et beatae, quarum sanctitas ac beatitudo si liquido constaret, ut de Sanctis ab Ecclesia canonizatis liquet, qualem exigeret cultum, quale obsequium? Certe non multo illo inferius, quod beatis Sanctorum coetibus impenditur. Sed videatur sapientissimus Franciscus Ghetius tom. I, *verb. Blasph.* c. 1, n. 2 (19). Animarum itaque mortuorum maledictionem a mortiferi criminis nota haudquaquam excusari posse, ut credidit Auctor Epistolae, ostendisse me luce meridiana, ni fallor, luculentius arbitror.

Rector Congregationis Iliceti, ad excusandas excusationes in peccatis (20) ejusmodi maledicentium, fol. 1 post *serias*, ut ait, *considerationes* (videte, ne montibus parturientibus nascatur ridiculus mus) (21) sic argumentatur. Vera blasphemia gravi conjuncta peccato ea est, qua quis Deo vel Sancto ali- [col. 4] cui conviciatur; atqui, per mortuorum blasphemiam Deo vel Sanctis injuria non irrogatur; ergo, non est grande peccatum. Minorem propositionem, in qua est difficultas, sic subtiliter probat. Haec dictio *mortuus* denotat cadaver, vel ad summum hominem e vivis sublatum, nec significat animam purgatorii; imo est vox praescindens a signifi-

(18) Expressio deprompta ex Sap. V 5.

(19) Circa auctorem Franc. GHEZZI OP eiusque opera (edit. ab an. 1628), in quibus doctrinam moralem S. Thomae fuse exposuit, cfr R. COULON in DTC VI (1920) 1341.

(20) Expressio deprompta ex Psalm. 140, 4.

(21) HORATIUS, *Ars poetica* v. 139.

catione animarum, praecipue sanctarum. νῆ Δία? (22). Agedum. Hoc est propositum quaestionis, quae demonstratione indiget; pergat propositionem ostendere, «et erit mihi magnus Apollo». Sed o, «spectatum admissi risum teneatis amici»? (23) Caepit aedificare, sed non potuit consummare (24). Ecquis ipse est, ut intellectum nostrum in obsequium verborum suorum captivemus? Exolevit jamdiu coeca illa et servilis obedientia, quam profitebantur erga magistrum suum olim Pythagoraei, quibus loco demonstrationis erat dicentis auctoritas: ἀυτὸς ἔφα (25).

Postquam vero curtae dialecticae ejus haesit aqua, contendimus illi hanc vocem *mortuus* ab anima praescindere, sed potius corporis et animae viri quondam viventis, modo defuncti, ideas coagmentare: Homo namque vivus est, in quo anima et corpus colligantur; defunctus vero, in quo anima et corpus dissoluta sunt. Numquid puer, abs eo petimus, logicam a Peripateticis addiscens, tritum *termini abstracti a concreto* discrimen nunquam audivit? Nonne meminit, *abstractum* esse, qui formam ab omni subjecto praecisam designat, exempli gratia, pulchritudo, albedo et apud geometras linea, superficies etc.? *Concretum* vero, qui formam denotat cum subjecto, e.g. pulchrum, album, solidum, homo? Imo in concretis substantive prolatis, v.g. homo, de principali enunciari formam; in adjectivis de principali importari subjectum? Quapropter hae propositiones: «In Divinis sunt tres Aeterni, tres Omnipotentes» &c., in rigore verae sunt; at ista falsa: «Sunt tres Dii». Verum quia effutiebant Ariani, tres esse Aeternos Omnipotentesque *substantive*, multiplicando scilicet personas et formam in hoc sensu, ait eruditus magister Goudin, *Log. min.* q. 1, n. 3, § 3, eos refellens. D. Athanasius in *Symb.* dixit: «Non tres Aeterni, sed unus Aeternus» &c. Ex quibus compertum est, quid innuat haec vox *mortuus*; nempe est homo aliquis, qui anima et corpore unitis olim constabat, at modo importat animam et corpus diducta.

Quando ergo maledicit quis mortuis Petri v.g., intelligat necesse est Paulum patrem ejus, Bertam matrem, Petrum avum, Antoniam aviam &c., qui totidem personae sunt, quot cognati vel agnati defuncti. Sed numquid corpora solum intelligit? Non mercede, sed utique animas eorum et corpora simul. Sic *Johannis*

(22) Νῆ Δία: per Iovem. Exclamatio mirationem denotans. Italice: Come mai?

(23) HORATIUS, *Ars poetica* v. 5.

(24) Expressio deprompta ex *Lc.* XIV 30.

(25) Etiam latine: Ipse dixit. CICERO, *De natura Deorum* I 5, 10.

11 (26) : « Resurget Frater tuus », dixerat Christus Marthae. Quis resurget? Mortuus. Quis mortuus? Lazarus, cujus anima et corpus iterum unientur. Sic *Ecclesiasticus* c. 44 (27), laudans priores mortuos jam patriarchas Enochum, Noemum, Abrahamum, Isaacum, Jacobum, « Laudemus, inquit, viros gloriosos et parentes nostros in generatione sua ». Dic nobis quaeso, forte *Ecclesiasticus* laudes ad eorum dirigit cadavera, an ad animas potius? Laudat illos in eo forsitan tantummodo, quod anteactae vitae statum respicit? Minime id quidem. Ipse enim c. 11 (28) praeceperat : « Ante mortem ne laudes hominem, quoniam in filiis suis agnoscitur vir ». Paulus etiam *ad Thess.* 4 (29) : « Mortui, inquit, qui in Christo sunt, resurgent ». Quid? Homines citra dubium anima et corpore compositi. « Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare », dicitur lib. 2. *Machab.* (30). Ergo pro cadaveribus? Absit; non enim tantae [col. 5] molis erat Romanum condere dogma de purgatorio (31). Non pro cadaveribus, sed pro animabus. Ubi si Auctor Epistolae philosophorum theologorumque doctrinam didicisset, nempe *actiones et passiones* non esse nisi *suppositorum* (32); neque materiam et *formam humanam* mori, vel resurgere, laudibus seu probris, benedictionibus aut maledictionibus affici; sed *personam Lazari* v.g., Abrahami &c., connotantem compositionem ex anima et corpore, dissolutam sane per mortem, sed per resurrectionem solide instaurandam. Si haec, inquam, meminisset Auctor, errando scuticam non meruisset nec *πράγματα ἀσυνκλώσα* (33) audacter in medium et turpiter invexisset.

Neque haec doctrina adeo salebrosa et implexa est, ut idiotas incultamque plebem omnino praeterire possit. Sicut enim id genus hominum, quando ira, quodam quasi aestu effervescentes, ex prava solent consuetudine in maledictiones mortuorum erumpere, sic consueverunt etiam affectu bono aliquo perciti illis benedicere. Soliti sunt quoque ad impetrandum facilius ab Antonio, exempli

(26) Io. XI 23.

(27) Eccli. XLIV 1.

(28) Eccli. XI 30.

(29) 1 Thess. IV 15.

(30) 2 Mac. XII 46.

(31) Alluditur, ut videtur, ad VIRGILIUM, *Aeneis* I 33 : « Tantae molis erat Romanam condere gentem ».

(32) Cfr N. SIGNORIELLO, *Lexicon peripateticum philosophico-theologicum, in quo Scholasticorum distinctiones et effata praecipua explicantur* (ord. alphab. digestum), sub effato : *Actiones sunt suppositorum*.

(33) Adiectivum verbale probabiliter ab ipso auctore compositum : α (privans) - $\sigma\upsilon\nu\text{-}\kappa\lambda\acute{\omega}\sigma\omega$. Res male cohaerentes, in-cohaerentes.

causa, in gratiam mortuorum ejus aliquid expetere, qui mos apud nostrates Apulos, praecipue plebejos, frequentissimus viget. Unde argumenti loco est, quod sicut quando mortuis benedicunt, aut in eorum gratiam aliquid exorant, cadavera non intelligunt mortuorum, sed animas praecipue, ita pariter res se habeat in eorundem maledictione oportet. Praesertim quia plerique, quibus maledicendi hujuscemodi consuetudo inveteravit, solent ita maledicere mortuis, ut *mortuos bonos* excipiant. Is est blasphemorum idiotismus, dare locum irae, adeoque in maledictiones ex habitu prorumpere, sed corrigentes se se videri velle, *bonos*, id est *beatorum animas* excipiendo. Haec omnia diutina experientia comperta sunt. Sic semper expertos esse innumeros confessarios audivi; et ita egomet quatuordecim abhinc fere annis in quampluribus Apuliae locis versatus et confessionibus sacramentalibus excipiendis addictus, pari fere modo blasphemari mortuos ac Sanctos, intelligendo praecipue animas mortuorum atque Sanctorum, sicut mihi data opera interroganti candide responderunt, edoctus sum.

Hinc miramur, Auctorem Epistolae nescio qua fronte asserere potuisse, «quod interrogati ejusmodi blasphemi, utrum de sanctis animabus necne intellexerint, aliqui respondeant cum horrore: 'Absit Pater. Avertat Deus'!»! Ecquis hoc nobis imponet? Quis (proh Deum immortalem!) crederet unquam, id genus homines sine fronte, sine metu, sine horrore solitos in coelum praecipuosque Sanctos ejus venenatas linguas acuere, et postea cum horrore interrogationi Missionariorum istorunce respondere: «Absit Pater. Avertat Deus»? Demus ei aliquos sic respondiisse, restringentes nempe ad sola cadavera imprecationem; ergo omnes sic restringunt? Id credere, non sani esse hominis, non sanus juret Orestes. «Ab individuis enim ad speciem, nisi ea sint sufficienter enumerata, non esse inductioni locum», tu puero mihi, Magister mi Alferi, tradidisti. Scimus (et utinam ignorare liceret!) quot quantisque excusationibus peccata sua rudes homines confiteantur; atque adeo nonne facillimum erit, ad diversum modum interrogandi diversimode poenitentes reposuisse? Interrogati a confessariis nostratibus, sicut mihi, ut dixi, non infrequentius accidit: «Fili mi, da gloriam Deo; loquere coram Deo veritatem», ajunt: «Animas et corpora». Secus a Missionariis interrogati, et fortasse suggestiva interrogatione: «Tu forsitan cadavera mortuorum [col. 6] animo volvebas, id quod lethale non est; nonne ita»? Et tunc rudes et pavidum genus mulierculae (non diffiteor) mentientur: «Absit Pater. Avertat Deus!»! Et ille bonus et credulus vir cito credit?; adeo levis est corde? O quantum opus est, confessarium prae ma-

litia peccatorum, praecipue rusticorum, sagaciorum esse! Quam bene nos admonebat Johannes: «Nolite credere omni Spiritui, nolite credere», c. 4(34).

Objicit nobis lepidus Rector: «Quare dicendo sepulturam mortuorum, locus non animabus, sed cadaveribus addictus dumtaxat intelligitur»? O difficultatem insolubilem! O nodum Gordianum Alexandri gladio indigentem! ὁ εὐγλύκιν (35) et sapiens Rector («Beotum in crasso jurares aere natum») (36), quem lateat, ideas rerum ex arbitrio communitatis vocibus esse quibusdam et *terminis*, ut loquuntur Scholastici, *ad placitum* alligatas, qui aliquando in sua germana significatione usurpantur, aliquando restringuntur ad alias res diversas exprimendas, interdum ampliantur ad plus innuendum, quam primo acceperunt; et idcirco logici agere solent de proprietatibus *terminorum*, inter quas *restrictio* et *ampliatio* recensentur. O utinam a teneris unguiculis bonus Rector haec coluisset, huic nostro labori nunc parceret. Ita vox ista *mundus* a latinis auctoribus determinata ad coeli terrarumque ideas excitandas, addita postea dictione *muliebris*, ad apparatus ornamentorum mulieris vanae significandum restringitur. Sic *capilli Veneris* coma erant cuiusdam foeminae, cui nomen Venus; modo sapiens medicorum turba vocem illam ideae cuiusdam *medicinalis floris* adjunxerunt (37). Ita ergo similiter vocabulum hoc *mortuus* ex hominum consensu animam denotat et corpus sejuncta; sed si addatur *sepulchrum* et dicatur *sepulchrum mortuorum*, usurpatur pro loco cadaveribus excipiendis destinato. Et quando dicitur: *Missa mortuorum*, *Dies mortuorum*, *Congregatio mortuorum* &c., restringitur illa vox *mortuorum* ad animas dumtaxat indigitandas.

Hic cursim notandum est, quantum sit erronea conscientia Auctoris, lacrymis uberioribus flenda, quam eae sint, «quas fundere se dicit super credentes peccatum esse mortale sic de mortuis malemereri». Putat enim p. 2, «maledicere vivis non esse mortale, etiam quando gravis est maledictio et formalis», ut probatum est. Nonne audivit Christum Dominum, *Matt.* 5, 22, iudicium, concilium, gehennam ejusmodi maledicis in fratres suos minitantes? «Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo rhaca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue,

(34) 1 Io. IV 1.

(35) Vocabulum lectu difficile, quia male impressum. Vox composita. Εὐ-γλύκος: benedictus. Fortasse εὐγλυπτος: bene sculptus, promptus, peritus.

(36) HORARIUS, *Epistulae* II 1, 244 (Beotum, vice Beotum).

(37) Italice: capelvenere.

reus erit gehennae». Quomodo ergo audet perfricta fronte, p. 2 a tergo v. 10 et sequentib., adfirmare: «non esse lethalem vivorum hominum maledictionem, quando praescinditur ab anima, et hanc esse communem theologorum sententiam». Communemne inquit theologorum? Quorum sodes? Forte quos inter nemora Iliceti quotidie salutatur sub ilice cornix? Qui enim (bone Deus!) fieri potest, ut *praescindatur* ab anima, si maledicitur *vivo*, et vivus est non nisi per animam? Si maledictio fere semper per amarulenta verba profertur, quae mala exprimunt sanitati vitaeque mortalium infensissima?; quorum malorum equis unquam dixerit hominem esse capacem seclusa anima? Praeterquam quod in de maledictione iudicio ferendo docet Angelicus *loc. cit.* cum omnibus theologis, interpretandam esse mentem maledicentis, quae si grave nocumentum proximo intendat, graviter offendit, etiamsi *reflexe*, ut more Scholasticorum loquar, animam ejus non animadvertat. Hanc esse dices theologorum sententiam, quam scire opus erat Auctorem, nec ini- [col. 7] quam proinde totius sacri coetus venerando nomini hanc impudenter inurere notam. Sed secundo momento affatim me satisfecisse puto. Videamus ultimo loco quodnam genus peccati sit maledicere tantummodo corporibus mortuorum.

Verum enim vero, quantam et qualem Matris nostrae Ecclesiae pietas decedentium fidelium corporum rationem habeat, satis est oculos aperire et exequiarum circumspicere apparatus, quocum ea in loco sancto excipit, aquam benedictam, qua illa adspersit, thura, quae eis incendit, honesta mausolea, in quibus reliquias condit. Reges insuper atque Imperatores, nedum gentium superstitione infecti, verum etiam ij qui pietate christiana formati sunt, laedentem defunctorum cadavera diris suppliciis coercent, imo ea in sepulchris expoliantem poena etiam capitali mulctaverunt. Vid. ff. lib. 47, tit. 12, fr. 3, § 7 (38). «Unde Antiquorum Justorum funera, ajebat Augustinus, *Lib. ad Paulin. de cura mortuis exhibenda* (39), officiosa pietate curata sunt et exequiae celebratae et sepulchra provisae. Ipsi quoque cum viverent, de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandaverunt. Et Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste Angelo commenda-

(38) Corpus Iuris Civilis. Digesta seu Pandectae. Ed. KRUEGER I 837 (col. a): «Adversus eos, qui cadavera spoliunt, praesides severius intervenire, maxime si manu armata adgrediantur, ut, si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, ut divus Severus praescrispsit, si sine armis, usque ad poenam metalli procedunt».

(39) AUGUSTINUS, *De cura pro mortuis gerenda* ad Paulinum episcopum, cap. III 5. PL XL, 595; CSEL XLI 627, 22 - 628, 5.

tur». Sed interrogemus Aquilinum Doctorem et Patrem literarum, quare et quid haec religiosa officia erga defunctorum corpora? En S. Doctor, qui respondet *ibidem* (40): «Verum istae auctoritates non hoc admonent, quod insit ullus cadaveribus sensus; sed ad Dei Providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere significant propter fidem resurrectionis asserendam». Ergo Deus per Augustinum ad fidem resurrectionis faciendam a nobis hanc erga servorum suorum morticina religionem exigit.

Quod si addamus Augustino, corpora illa eadem carnis specie constare, quam Deus assumere non horruit factus homo; ea olim templa fuisse Spiritus Sancti, animarum sanctarum thecas ac repositoria, tot delibuta sacramentis, quae immediate corpora afficiunt, et praecipue a Christo Coelorum Rege sub eucharisticarum specierum velamine inhabitata, futura aliquando beatitudinis illius consortia, quam expectant vel possident animae justorum, quanto et quali honore digna proinde esse dicemus cadavera fidelium? Nec refert, inter ea aliqua extare aeternis devota ignibus gehennae. Nos enim, quatenus sint, ignoramus; et e contra, ut de animabus jam diximus, etiam de corporibus cum signo fidei decedentibus bene sperare jubemur. An quis propter paleas grana frumenti contemnet? An propter arenam indicum proiicitur aurum? Praesertim quia, ut ait Tertullianus, «si Phidiae manus Jovem Olympicum ex ebore molitae adorantur, non quia elephantus, sed quia Phidias tantus» (41), quanto magis corpora sanctorum? Siquidem, concludit Tertullianus, *Lib. de paen.* 3 (42): «Caro et spiritus Dei res sunt, alia manu ejus expressa, alia afflatu ejus consecrata». Addamus et nos: imo redempta, sanctificata, consortia gloriae effecta, quae nemini sine horrore, nemini sine piaculo gravissimo, quemadmodum sanctorum reliquias spernere, dirisque devovere fas erit.

Agnoscat Auctor Epistolae quibus rei theologicae momentis nupera sua opinione adversetur, et videat, si homo sit, qui tam claris argumentis sine proterviae nota aperte refragari possit. Eat is nunc, et pro se in medium afferat *P. Cacacem*, *P. Porcaram*, aut nescio quos sextae classis homunciones et libellos ab eo citatos,

(40) *Ibid.* PL XL 595; CSEL XLI 628, 11-14.

(41) TERTULLIANUS, *De resurrectione mortuorum*, cap. VI 6. PL II 803 A; CCL II 928, 25-28. - Textus integer in CCL (ed. J. BORLEFFS): «Phidiae manus Iovem Olympium ex ebore molitae adorantur nec iam bestiae, et quidem insulsissimae; dens est, sed summum saeculi numen, non quia elephantus, sed quia Phidias tantus...».

(42) TERTULLIANUS, *De paenitentia*, cap. III 5. PL I 1231 B; CCL I 324, 17-18.

qui ne flocci quidem fieri merentur. Quomodo enim theologi dignitatem olere potest, hujus vel illius viri hactenus ignoti et forte inglorii opiniones privatas qualescumque, [col. 8] tamquam ancilia coelo delapsa (43) adorare, «jurare in verba magistri» (44) et similem fieri velle adulatori illi, qui apud satyrographum (45):

«Semper laudare paratus,
Si bene ructavit, si rectum minxit amicus,
Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo».

Quin potius recte nosse oportebat, quid Cyprii Bovis merenda a Jovis distet ambrosia (46). Sperandum erat certe, facturum se rem theologo dignam, si ejus opinio Augustino, vel Thoma, aut Scoto, vel saltem aliquo ex Patribus, vel Theologis Scholasticis inniteretur (47); sed assumere, nec ullis topis comprobare, nec saltem insignis Doctoris auctoritate roborare, quid aliud est quaeso, nisi more puerorum sine fundamento aedificare casas (48) mox facile ruituras? «Dixit mihi quidam Doctus; extat quidam liberculus». Apage nugas et ineptias! «Consului quandam Congregationem» et similia. Numquid ad mulierculas scribit aut colonos Iliceti, an ad theologos, an ad viros emunctae naris? (49).

Consuluit bonus vir quandam Congregationem. Quis scit, an de numero illarum (salva pace et citra praejudicium bonarum), quae, nescio quo fato, hac nostra tempestate, fortuita velut athorum congeries, et temerario ausu diversis conflatae personis, quibus non bene erat cum suis praelatis, non missae a Spiritu Sancto, ab Episcopis non accitae, non ab Ecclesia approbatae, sine lege et divino afflatu hac illac vagantur, quarum atrati olentesque greges civitates et oppida clamoribus et neniis implent funestis, ad foemellas et vilem plebeculam aliquando alienis, absurdis, nefan-

(43) Ancile: scutum peculiaris formae, de coelo delapsum tempore Regis Numae, quod cum aliis undecim similibus in domo Pontificis Maximi ad Forum conservabatur.

(44) HORATIUS, *Epistulae* I 1, 14; SENECA, *Epistulae* 12, 10.

(45) IUVENALIS, *Satyrae* 3, 106-108.

(46) Ennius apud Paulum Diac. Vide FORCELLINI, *o.c.* III 226.

(47) Aliter P. Dandolo, S. i. Alfonsi adversarius ab anno 1757 in hac materia, putat rem esse naturalem quod auctores classici argumentum non tractant neque idcirco allegari possunt: «Del resto, non è maraviglia che i Dottori morali, parlando della bestemmia, non discendano a trattare *ex professo* della maledizione de' morti; poiché per prima il maledir' i morti è un peccato, che ha la principale sua sede in questo Regno di Napoli, non tanto altrove; né l'abuso così frequente di oggigiorno sembra essere molto antico». *Dissertazione teologica morale sopra l'abuso di maledir' i morti*, Napoli 1757, 73-74. - De hoc libello cfr. Appendicem.

(48) Casa: domus vilis, male constructa. - FORCELLINI, *o.c.* I 544.

(49) «Emunctae naris homo dicitur, qui est acris ingenii ac iudicii, acutus ad indagandum, dijudicandum, intelligendum». - FORCELLINI, *o.c.* II 265.

disque narratiunculis e sacro suggestu sine reverentia et sine sale prolatis, perterrefaciendum? A quibus, ut mihi narratum est, propositionibus execrabilibus erroneisque rudis palam imbuitur populus; non solum v.g. *maledictionem in defunctos crimine vacare*, sed identidem *orationem mentalem omnibus necessariam esse necessitate medii ad salutem*, quod in Concilio Arauxicano 2, seculo 6, contra Semipelagianos (50), et iterum in Hispania contra Illuminatos, seculo 17, solemniter Ecclesia proscripsit (51). Similiter *Rosarium*, «Coelestiale Adinventum», a quampluribus Pontificibus «velut singulare», ut ait Ecclesia in festo Rosarii, «ad evitandas haereses et vitia extirpanda praesidium» (52), per Beatam Virginem D. Dominico concessum, innumeris indulgentiis locupletatum, *aliasque vocales orationes, etiam dominicalem ore Domini nostri Jesuchristi dictatam, abiicienda esse, ut mente tantummodo oretur* (53). *Item in sacris imaginibus non extare, nisi materiam fucatosque colores*, et alias hisce simillimas. Proh Deus immortalis! Populus catholicus haec aure bibit, sic corde corrumpitur, et quibus populi cura incumbit, tacent et silentio tam pernicioso oves pascuae suae sinunt mactari? Sic macti virtute pastores hominum vigilant? Sic sarta tecta (54) ovilia Christi ab omni detrimento et diabolicis incurribus sincera integraque conservant? Sic ne unguem quidem latum aut digitum transversum a documentis dominicis, boni pastoris munera praescribentibus, non discesserunt?

Consuluit vir bonus quandam Congregationem. Attendamus illi, quam Congregationem consuluerit. Numquid illam Cardinalium rebus Fidei Romana hac in Urbe praepositam? Hanc nos veneramus; hujus oracula reverenter accipimus et adoramus. Vocat insuper in testimonium Illustrissimum quondam Episcopum Cavalerium (55), cujus memoria in benedictione est; sed cum ne vestigium quidem de hujus summi viri opinione invenire liceat, quam fidem faciet verbo suo Rector noster? Vere defecit, «nam dormientes testes adhibet», ut cum Augustino loquar (56). Gratis asserit,

(50) Concilium Arauxicanum II (Orange), an. 529, ubi de gratia praesertim disceptatum est. - DENZ. 370 ss. (olim 173^b ss.).

(51) Illuminati vel Quietistae. - Errores Michaelis de Molinos damnati an. 1687, apud DENZ. 2201 ss. (olim 1221 ss.).

(52) Vide lect. IV ad mat. in festo B.M.V. a Rosario, die 7 oct.

(53) De doctrina S.i Alfonsi quoad orationem vocalem et mentalem vide infra Doc. VI.

(54) De dictione *sarta tecta* vide FORCELLINI, o.c. IV 224.

(55) Exc.mus. Aemilius CAVALIERI (1663-1726), frater Matris S.i Alfonsi, Ordinarius de Troja a die 19 IV 1694. - Cfr notitias de eo in *Spic. hist.* 9 (1961) 431 n. 255 et 12 (1964) 228 n. 7.

(56) AUGUSTINUS, *Enarratio in psalmum LXIII* 15. PL XXXVI 768; CCI XXXIX 817,

[col. 9] gratis «credat Judaeus Apella, non ego» (57), qui ad contrarium potius coniciendum adducor; eo quia, cum adhuc extent illius praelati dignissima soboles, theologi, Trojani praesertim, in quorum mentibus et cordibus vivunt adhuc doctrina et pietas tanti Praesulis, atque ij palam recentem Auctoris sententiam execrantes, in cathedris et in rostris sacris oppositam promulgari curent, quid colligemus, Amice, nisi a praelato suo olim hanc sanam doctrinam hausisse et fideles illius dispensatores esse? Quare potius in Epistola sua non meminit Episcopum Bovinensem, Illustrissimum Antonium Lucci (58), virum pietate et sapientia Urbi et Orbi cognitissimum, qui nuper sociis Rectoris, non vocatis, sed sese ultro offerentibus ad peragendas in ejus dioecesi Missiones, ejusmodi malesonantem opinionem in faciem auctorum graviter exprobravit, et ovibus gregis sui tanquam venenatam herbam porrigi vehementer inhibuit, et ni facerent, minatus est?

Non omittendum id, quod ultimo affert, conclusionem videlicet, nescio cujus Congregationis hac super re *decisivam*. Sed quanti facienda sit haec conclusio, jam visum est. Scriptum sibi refert Auctor hoc argumentum, quod ipse putat esse Achille potentius. Audiamus illum buccis plenis crepitantem. «In sententia aliquorum, praecipue Cajetani [qui forte nec id somniatus est], si quis maledixerit Sanctis, non qua Sanctis sed in quantum quidam homines fuerunt, non videtur esse blasphemus; ergo, si in blasphemis etiam Sanctorum locum habet praecisio, quanto magis in maledictione mortuorum?» (59).

Quid ad haec respondebimus? Ego (sincere dicam, Alferi) perlegi Cajetani commentaria in 2-2, q. 14, ubi ex professo quatuor articulis de hac materia agitur, nec ullum verbum circa allatam praecisionem et distinctionem, quam affert Auctor, licuit invenire praecipue ubi illi locus erat. Sed in responsione ad tertium sic ait Cajetanus: «Species blasphemiae non diversificantur per Deum et Sanctos, sed in una eademque specie est blasphemia Dei et Sanctorum, sive sit per modum maledictionis, sive contumeliae, sive irrisionis, sive detractionis. Et ratio est, quia Sancti ut sic ad Deum referuntur, nihilque damnationis est in his, qui sunt in

(57) HORATIUS, *Satyrae*, lib. I, sat. 5, vv. 100-101.

(58) Exc. mus Antonius LUCCI OFMConv. (1682-1752), Ordinarius de Bovino a die 7 II 1729. Cfr notitias de eo in *Spic. hist.* 12 (1964) 227 n. 5. - Ipse Exc. mus Lucci die 1 III 1745 ecclesiam et conventum in Deliceto S. o Alfonso eiusque missionariis concesserat. Cfr *Spic. hist.* 5 (1957) 278.

(59) Vide supra Doc. IV.

Christo Jesu». Deinde subdit paulo post: «Hinc habes, Confessor, quod varietas blasphemiarum pro diversitate specifica non est inquirenda, sed pro majori gravitate judicanda». Haec dilucide Cajetanus. Videto interim, Amice, cujus fidei sit Rector noster, aut cujus simplicitatis vir. *Sancti ut sic* ad Deum referuntur; quomodo ergo, aut quo pacto a *sanctitate praescindere* possumus? Quin imo, impie Sanctos quis blasphemans, illum potius *specificat*, dicendo: «Maledictus sit S. Petrus, S. Paulus» &c. Quod si quis diceret: «Maledico Petro, sed non Sancto», jam non est ille Petrus, cujus anima in coelis degit, sed alius ab illo; nam qui in coelis est, Sanctus est. Quod si quis hanc etiam *praecisionem* adderet: «Maledico Petro, non qua Sancto, sed qua Petro» (cujus *praecisionis* modum metaphysica peccatorum certe non novit), demus licentiae opinandi non esse blasphemiam rigorose (quod asserere non audeo); at forte a reatu maledictionis formalis excusari potest, cum sit in caritatem proximi, et consequenter mortale peccatum, ut ex D. Thoma primo loco sancivimus?

Sed tunc est gravis blasphemia juxta D. Thomam (concludit tandem bonus noster Alphonsus), quando blasphematur id, quod si laudaretur, Deus laudaretur; et e contra, si eo laudato, Deus non laudatur, injuria contra illud non est blasphemia. Atqui, laus mortuorum nullo modo ad Deum pertinere [col. 10] videtur; ergo, maledictio mortuorum non est gravis blasphemia.

In hoc argumento, sapientissime Alferi, propositio, assumptio, complexio, si tibi arridet, dicam quod omnino falsae sint, et sic a proposito aberrasse longe Rectorem nostrum perspicias. Imprimis perperam citatur D. Thomas, cujus literam oportuerat consulere bonum virum et verba transcribere et loca digito monstrare. S. Doctor enim 2-2, q. 76, art. 1, docens quid sit blasphemia, illam esse affirmat, quae derogat Divinae Bonitati, ut relucet in se aut in Sanctis suis. Quicumque ergo vel negat aliquid de Deo, quod ei convenit, vel asserit de eo, quod ei non convenit, derogat Divinae Bonitati et est blasphemus. Ex quo habes quod blasphemare sit laedere caritatem erga Deum, sicut maledicere est violare caritatem erga proximum. Falsa est assumptio, seu minor propositio. Ecquis dixerit unquam sana mente, laudem mortuorum, praecipue qui in pace sepulti sunt, quantum ad corpora, et in coelo vivunt, quantum ad animas, ad Deum minime pertinere? Enucleate dixerat Christus, *Luc. 11* (60): «Qui vos spernit, me spernit»; *Matt. 25* (61): «Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis». Sic

(60) Lc. X 16 (in textu erronee allegatur cap. 11).

(61) Mt. XXV 40.

Regius Vates psalmo 150 (62): «Laudate Dominum in Sanctis ejus». Quid clarius? Nonne animae mortuorum ad Deum referuntur, ut oves ad Pastorem, ut palmites ad Vitem veram Christum, ut filiae ad Patrem, sponsae ad Virum suum, ut membra ad Caput, unita Christo Domino per caritatem et gloriam, et olim, dum viverent, per fidem, spem et caritatem? Propter gloriam suam scimus, quod omnia operatus sit Deus; quando ergo laudatur opificium, laudatur et Opifex illius sapientissimus. Quo ergo jure animabus maledici potest absque grandi facinore, quando in iis vituperatur Auctor, Redemptor et Glorificator earum?

Imo audiat Rector Iliceti doctrinam Angelici Doctoris, nec irrationalibus creaturis sine mortifero horrendo blasphemiae peccato maledici posse, quatenus creaturae Dei sunt, quia sic esset maledicere Deo. Maledicere autem eis, quatenus in se consideratae, ait Angelicus, quod sit *vanum et otiosum*, et consequenter veniale crimen; sed quatenus homini sunt utiles, est *peccatum mortale* in eodem genere, in quo est maledictio rationalis creaturae. Ita expresse D. Thomas, *loc. cit.*; Toletus, Lib. 4, c. 3, n. 1; Sairus, Lib. 12 *Clavis Regiae* c. 3, n. 19 apud Ghetium, *verbo Maledict.* num. 1 et 3. Immo maledicere *diabolo*, attentata ejus natura, *peccatum mortale est blasphemiae*, quia natura diaboli bona est bonitate entitativa, et a Deo, cujus ratione laude digna est, et in ea Deus bonae Conditor naturae commendatur. Haec D. Thomas cum Ghetio, *loc. cit.*, aliisque infinitis auctoribus. Retorqueamus itaque sagittam in sagittantem. Tunc est gravis blasphemia, quando ex alicujus maledictione vel benedictione injuria vel laus in Deum redundat. Sed ex benedictione mortuorum laus, et ex maledictione injuria in Deum resultat; ergo, maledictio in mortuos est gravis &c. Et sic Rector Consolationis ad nostram consolationem et ejus confusionem incidit in foveam, quam fecit (63).

Defecistis sane (dicamus tandem Auctori et sociis ejusdem furfuris), defecistis scrutantes scrutationes (64), o boni viri in solitudinibus errantes; accedite potius ad cor altum et exaltabitur Deus (65). Accedite ad Sanctuarium Dei, et ponderibus atque stateris Sacrarum Literarum, Sanctorum Conciliorum, Divorum Patrum, optimorumque theologorum, non judicio hujus vel illius sa-

(62) Psalm. 150, 1.

(63) Psalm. 7, 16.

(64) Expressio deprompta ex AUG., *Enarratio in psalmum LXIII* 15. - Cfr supra not. 56.

(65) Psalm. 63, 8.

pietiam vestram metiamini. Interrogate Episcopos, consulite Cathedralam [col. 11] Veritatis, nempe Ecclesiam Romanam atque caput ejus visibile Summum Pontificem, et ipse docebit vos omnem veritatem. Quisnam privatus spiritus fascinavit vos non obedire veritati, suasitque e sylvis erumpentes hosce tam acerbos, malesanos et sylvestres venditare fructus, qui gustati afferunt mortem (66), ventilare nempe doctrinas in contemptum antiquitatis, in spretum tot sanctorum Praesulum sapientissimorum? Quis furor, quae audacia vos super Cathedralam Mosis (67) intrudit, inaudita a seculis petulantia dictis scriptisque clamitantes: Erraverunt theologi, decepti sunt Episcopi; nos audite, nos sequamini? Ecquod signum missionis vestrae dedistis adhuc? «Paulum scio et Jesum novi, vos autem qui estis?». Magistri forsitan illi, quos horrens praedixerat Paulus: «Magistri prurientes auribus, auditum a veritate avertentes et ad fabulas convertentes?» (68).

Egrediens ex antro deserti necnon designando Christum Johannes (69): «Ecce, ajebat, qui tollit peccata mundi». Nunc autem vidimus vos (o nos beatos!) e sylvis prodeuntes sine libris, sine studio, sine disciplina, sine approbatione, sine missione, absque miraculis, et audetis *tollere peccata mundi*, non eo modo quo tollebat Christus, sed eo, quo fallacissimus Evae suadebat serpens antiquus, «nequaquam moriemini?» (70). Ergo ad Congregationem Iliceti inter opaca nemorum, ut quondam ad Delphicum Tripoda, oracula accepturi recurremus; nec deinceps opus erit Romanam consulere Ecclesiam et Urbis Orbisque Pastorem, cujus interest «pascere oves, confirmare fratres suos» (71), et privative quoad alios *qualificare propositiones*, errores detegere, damnare, promulgare. Nonne vos pudet tam audacter, tam immodeste sacrosancta jura Pontificum et Praelatorum sanctiones e sylvis ad domos transvolitantes publice usurpare? Consensum habuit per tot secula totum ferme Neapolitanum Regnum; sic Thomistae, sic Scotistae, sic neutrales, sic omnium fere Ordines Regularium, in quibus innumeri doctores eximii et theologi praestantissimi, ita ut hic locum habeat vulgatum illud: «Nemo omnes fefellit, neminem omnes fefellerunt». Sic statuit autoritas Episcoporum, Larinensis, Vigiliensis, [col. 12] Tranensis, Barensis, Ma-

(66) Alluditur ad Iob VI 6.

(67) Expressio deprompta ex Mt. XXIII 2.

(68) 2 Tim. IV 3.

(69) Io. I 29.

(70) Gen. III 4.

(71) Io. XXI 17 et Lc. XXII 32.

terensis (72) et aliorum, quorum cathalogum texere nimis longum foret. Non contradixit Ecclesiae universalis Pastor, favent Scripturae, adstipulantur Patres, aequa est ratio: quid ergo vos, novitatis amatores, plus sapere studetis, quam oportet sapere? (73). Utinam vos nescire licuisset! Utinam Epistolam vestram non legissem! Non enim me, Ordinis illius alumnum, qui *Veritatis Ordo* in Ecclesia nuncupatur (74) (praefiscine hoc dixerim. Nemo me accusabit merito meo, neque Ordine meo alter est, cui rectius aequiusve veritatem credi putetur), non me, inquam, inique lacesitum, silentii froenum solvere coegissetis, et zelum illum, cui dictum est, « ut respondeat stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur » (75).

Haec considerationes exercitationesque meae, quas oculis tuis subjicio corrigendas, Amice et Praeceptor mi, doctissime Alferi, jamdiu erant in mente praeconceptae; idcirco sine mora literis hisce exaratae ad te properant directae, at non tibi — « nam etsi non sus Minervam, ut ajunt, tamen inepte quisque Minervam docet » (76) — sed in aliorum, si Superis placet, profectum minus eruditorum. Multis enim abhinc mensibus in patria mea infelicissima hanc etiam novitatem inter alias calamitates, quibus cotidie in praeceptis labitur, flere potius et detestari, quam mirari mihi contigerat; paulo ante quam Romam me contulissem, cum animarum inexplicabili pernicie, quibus libido maledicendi labore tot confessoriorum repressa, modo excusso jugo, velut equus, carcere reserato, apertissimo campo potita est; cotidie nempe ibi eandem palinodiam (77) sacrum suggestum conscendens

“Ὠρη ἐσπερίη κρώξῃ (78) πολύφωνος κορώνη (79)

ut ad rem proprie Aratus (80) cecinisse videtur.

(72) Episcopi de Larino, Bisceglie, Trani, Bari, Matera.

(73) Rom. XII 3.

(74) Ordo Praedicatorum; Patres Dominicani.

(75) Prov. XXVI 4-5.

(76) CICERO, *Acad. post.* I 4 in fine.

(77) Palinodia: « Cantio quaedam, quae saepe repetitur ». FORCELLINI, *o.c.* III 547.

(78) Κρώξῃ (κρώξῃ) PRO κρώξῃ ratione « itacismi ». In lingua neograeca vocales η et εῃ ut i sonant.

(79) Tempore vespertino crocit (crocitat) cornix, quae multarum est vocum (garrula, loquax. - STEPHANUS VII 1450).

(80) Vide J. MARTIN, *Arati Phaenomena* (= *Biblioteca di Studi superiori* XXV), Firenze 1956, 133 vers. 1002; lectio versiculi ibi data aliquantum differt. Auctor abbrevians textum, sensum quodammodo adaptavit, vocabula ex originali retinens.

Deus Optimus Maximus et Jesus Christus, qui promisit quod « Portae inferi » adversus Ecclesiam suam « non praevalerunt » (81), ipse rebus afflictis opem et patrocinium impendat, excitetque Pastores Ecclesiasticos, ut a lupis ovina veste contactis christianum gregem protegant et defendant. Vale et vive diu.

Datum Romae pridie Idus Decembres, Anno Aerae vulgaris MDCCXLVI (82).

VI

Responsum S. Alfonsi
ad Chrysaei epistolam impugnantem, 1748

Editum est in *Medulla theologiae moralis* Hermannii BUSEMBAUM SI cum Adnotationibus per ALPHONSUM DE LIGORIO adjunctis, Neapoli 1748, col. 1029-1032.

Expiatio pro Authore.

[col. 1029] EXPIATIO. / *A nonnullis in me disseminatis calumniis / ob Epistolam super Maledictionem / in Defunctos editam.*

Postquam in brevi quadam dissertatione typis data, non solum rationibus sed etiam autoritatibus significaverim, maledictiones in defunctos veras blasphemias minime dici posse, proindeque culpa lethali vacare; quaedam ad meas pervenit manus Epistola critica, Romae [ut ibi asseritur] in lucem, tacitis praelo et auctoris nomine, non multo ab hinc tempore edita (1). Hucusque quis sit, qui tantis me suis officiis cumulare dignatus est, ignoro. Testor autem me non contradictionis spiritu cuiquam adversandi, nec ut magister novitatum viderer, inductum fuisse; sed tantum animarum salus ad ea scribenda stimulo fuit. Nihilominus Author Epistolae gratis in me invehitur.

Hic autem contendendi mihi mens non est; quaeso dumtaxat, ut quicumque istius Epistolae legerit, ne se pigeat meam quoque observare multo illa brevior et rationibus confertam, non ut suam inutilibus conviciis scatentem, quae livore potius quam rationibus Authorem locutum fuisse indicat. Vel saltem legat quae breviter adnotavi in *Tract. de Blasphemia* col. 141, lit. [B], vers. *Quaeritur etiam*. Ubi inter alia inveniet falsum esse, ut ipse assen-

(81) Mt. XVI 18.

(82) Die 12 decembris 1746.

(1) In fine dissertationis Chrysaei (Doc. V) non dicitur quod epistula Romae est impressa et edita, sed quod Romae est scripta.

tatur, me adhaesisse opinioni affirmanti animabus defunctorum maledicere non esse mortale. Expresse enim ibi et absolute asserui hoc esse mortale; vide d. col. 141, lit. B, sub initio.

Author Epistolae me objurgat, pro mea sententia non citasse D. Augustinum, non D. Thomam, non Scotum, non alium authorem insignis autoritatis; sed quosdam libellos, qui ne flocci quidem fieri merentur, ut loquitur, et quosdam homunciones sextae classis, nec non quamdam Congregationem, forte, ait, de hominibus vagabundis conflata.

In mea Epistola scripsi, quod quantamcunque diligentiam licet adhibuerim, nullum tamen classicum doctorem, qui de hac re tractaret, invenire potui. Utinam reperissem D. Augustinum, aut D. Thomam, aut alium insignem theologum hac super re me docentem! Duo, scripsi, opuscula tantum observavi, nuper in lucem edita, quorum alterum vulgo dicitur: *Istruzione a' confessori di terre e villaggi*, quod approbante doctissimo Episcopo Torni (2), per omnes fere regiones a confessariis quaesitum circumfertur. Alterum, cui titulus est: *Opera contro l'abuso della bestemmia*, quod D. Castrensis Scaja, vir eximia scientia e publicus theologiae professor, et nunc Episcopus Oriensis revidit (3). In utroque tanquam certum et absolute assertum inveni, maledictiones in mortuos culpa gravi carere.

Illam autem *quamdam Congregationem*, ut eam contemptim meus Adversarius appellat, forte aliquis credet, quod sit aliqua Congregatio Sacerdotum ruralium, aut huic generi similis. Sed sciendum in hac sententia concordēs fuisse non unam, aut quamdam Congregationem, sed principales Congregationes Civitatis Neapolis; nempe venerabilem Congregationem RR. PP. Piorum Operariorum, cuius nomine scripsit ad me R. P. D. Ludovicus Sabbatino, omnes illius Congregationis PP. ejusdem fuisse et esse sententiae; Congregationem Sacer-[col. 1030]dotum Apostolicarum Missionum in Archiepiscopatu Neapolis erectam; Congregationem Missionum S. Mariae Puritatis in S. Georgio fundatam. Hoc idem mihi nuperrime respondit Congregatio Sacerdotum erecta in domo Societatis Jesu Patris Pavonis. Idem mihi scripsit R. Dom. Porcara, Sacerdos venerab. Congregationis Missionum. Has ego consului Congregationes, in quibus adest flos Cleri Neapolitani, qui ob doctrinam et probitatem cuncto in Orbe catholico mirifice

(2) Exc.mus Iulius Nicolaus TORNI (vel TORNO); notitiae biogr. in *Spic. hist.* II (1963) 474 n. 34.

(3) Exc.mus Castrensis SCAJA (1698-1755), Ordinarius de Oria a die 28 XI 1746. - Cfr *Hierarchia catholica* VI 427.

celebratur. Hae sunt Congregationes, quas ipse contumeliae nomine vocat *quandam Congregationem*. Si ego igitur innixus tot tantorumque virorum auctoritati, qui certam et communem esse meam opinionem mihi affirmarunt, erraverim, et meritis sim praelectas laudes, quibus me Author Epistolae decorat, nimirum indocti, stulti, temerarii, &c., cui recte iudicandi facultas est, remitto (4).

Quod omittere tamen nequeo, est ut me sociosque meos purgem ex iniquis calumniis, quibus ab Adversario immerite inficimur. Quamvis enim manifeste atque palam ipse nos non exprimat, attamen sagittam jaciens et manum abscondens ita loquitur, ut quisque animadvertat ad nos suum sermonem dirigere, dum dicit: « Ab hisce personis non solum populos imbui maledictiones in defunctos crimine vacare, sed identidem orationem mentalem omnibus necessariam esse necessitate medii ad salutem; similiter Rosarium, aliosque vocales orationes etiam dominicalem abiiciendas esse, ut mente tantummodo oretur. Item in sacris imaginibus non extare, nisi materiam fucatosque colores ».

Hisce verbis vir ille injuste me et meos haeresis, vel saltem haeresis suspecta nota calumniatur. Et haec proferens, non tantum nos, sed et consequenter nostros etiam Episcopos culpatur, nimirum Salerni, Comsae, Nuceriae et Bovini, qui suis Bullis, canonica media approbatione, in suis ipsorum dioecesibus nostras erigi domos curarunt (5). Verum est, quod Sedis Apostolicae hucusque assecuti non sumus approbationem, ut Adversarius impropere; adhuc enim expediens non duximus ad eam obtinendam, cum adhuc exigua erat nostra Societas, Pontificem precari. Sed nunc, cum Divina Misericordia aucta sit et in dies augeatur, ac undequaque cernamus Dei benedictionibus ipsam abundare, approbantibus Ecclesiae Pastoribus et omnibus, qui Dei gloriam diligunt, speramus brevi nostri voti nos fore compotes, nostras preces exponentes pro

(4) Uti patet, pauca tantum in hac *Expiatione* S. Alfonsus habet de maledictionis mortuorum materia; nova argumenta sententiam suam roborantia non affert nec sententiam adversarii refutat; remittit tantum ad dissertationem suam an. 1746 et ad doctrinam in *Theologia morali* expositam. Longe maior pars *Expiationis* dicata est ad alias criminationes ipsi et Congregationi suae collatas repellendas. Hoc suum propositum Alfonsus iam ante confectionem scripti alii patefecerat, uti desumimus ex epistula Nuntii Gualteri ad Card. Secretarium Status diei 13 VIII 1748: « Mi è venuto poi la notizia che questi [D. Alfonso Liguoro], senza rispondere all'articolo della bestemmia che contiene la replica a lui fatta nello scritto del Religioso Domenicano, pensi ora solamente di dar fuori una semplice dichiarazione di altre cose oppostegli, che si rilevano in detto scritto latino ». Cfr TELLERÍA, *S. Alfonso* I 407.

(5) Domus in Ciorani (fundata an. 1736) in archidioec. de Salerno; domus in Pagani (fund. an. 1742) in dioec. de Nocera de' Pagani; domus in Deliceto (fund. an. 1745) in dioec. de Bovino; domus in Materdomini apud Caposele (fund. an. 1746) in archidioec. de Conza.

Instituti approbatione apud Summum praesentem Pontificem (6), cui Missiones et operarii Vineae Domini valde sunt cordi, sicut ex quadam sua Encyclica Epistola (7) cognovimus, qua Missiones per totum regnum nostrum propagare curavit per Eminentissimum Cardinalem Spinelli (8), qui, eximio zelo pro animarum salute undique flagrans, nostra opera quoque uti voluit, deligendo nostram Congregationem in Missionum ministerio in plura huius regni loca et provincias (9).

Ceterum, qua conscientia nos nostrosque Praesules infamare sic potuit noster Adversarius, ipse videat. Hoc tantum mea nunc refert, ut a calumniis, quibus innoxie exprobramur, me sociosque meos vindicem, cum fama muneris nostro, quo fungimur, Divinum nempe praedicandi Verbum, ad animarum profectum omnino sit necessaria; scribit enim S. Bernardus: «Deo debemus honorem, proximo famam». Sic etiam nos docet S. Thom. 2-2, q. 72, a. 3, in corpore, qui proponens quaesitum, utrum debeat aliquis contumelias sustinere?, respondet affirmative; sed ibidem sic ait: «Quandoque ta-[col. 1031]men oportet, ut contumeliam illam repellamus, maxime propter duo. Primo quidem propter bonum ejus, qui contumeliam intulit, ut videlicet ejus audacia reprimatur et de cetero talia non attentet... Alio modo propter bonum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas». Accedit S. Gregorius, *Hom. 9 super Ezech.* (10), docens: «Hi, quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verbum compescere, ne eorum praedicationem non audiant, qui audire poterant». Item Cornelius a Lap. *in 2 ad Corinth.*, cap. VIII, num. 21, sic urget: «Qui famam negligit in proximi salutem, crudelis est» (11). Idipsum sanctorum exemplo com-

(6) An. 1748 S. Alfonsus libellum supplicem pro approbatione Summo Pontifici misit (*Lettere di S. ALFONSO I* 149-151). Die 25 II 1749 Institutum approbatum est Litteris Apostolicis «Ad pastoralis dignitatis fastigium» (*Codex Regularum et Constitutionum CSSR*, Romae 1896, 3-4 et 24-25). - Iter negotii circa approbationem pontificiam Congregationis describitur a M. DE MEULEMEESTER, *Origines de la Congrégation du T.S. Rédempteur II*, Louvain 1957, 187-221.

(7) Encyclica «Gravissimum», quam die 8 IX 1745 Benedictus PP. XIV dedit Regni Neapolitani episcopis. BENEDICTI XIV *Opera omnia* XV. *Bullarium I*, Praeto 1845, 567-570.

(8) Em.mus Iosephus SPINELLI, Ordinarius de Napoli a die 15 XII 1734; notitiae biogr. in *Spic. hist.* 9 (1961) 277 n. 3 et 13 (1965) 17 n. 1.

(9) Vide epistulam diei 20 XI 1745 Iosephi Romano, secretarii Card. Spinelli, ad S. Alfonsum, transcriptam apud DE MEULEMEESTER, *o.c.* 260-261. Orig. cons. in AG I D 35, 6. - Quoad labores apostolicos a Congregatione ann. 1745-1746 peractos vide supra notam 12 ad Introductionem.

(10) GREGORIUS PP. I, *Homiliae in Ezechielem*, lib. I, hom. 9, n. 18. PL, LXXVI 877 D.

(11) CORNELIUS A LAPIDE SI, *Commentaria in omnes Divi Pauli epistulas*, Antwerpen 1665, 38r A. Rectius hic comma post vocabulum «negligit» ponitur: «Qui famam negligit, in proximi salutem crudelis est».

probatum reperio: S. Ignatius de Loyola, cum aliqui Religiosi Ordinis N.N. Salmanticae detractationibus suae nascenti Religioni adversarentur, apud Sedem Apostolicam formali supplicatione instituit, ut accusatio in iudicio pro veritate discuteretur et accusatores pro merito punirentur.

Hinc, ut ad rem redeam, dico me meosque socios omnes profiteri millies vitam tradere pro quolibet dogmate, quod credendum S. Romana Ecclesia proponit. Et quoad orationem mentalem, quod sit necessaria necessitate medii ad salutem, nec mihi, nec ulli ex nostris hoc ne in mentem quidem unquam venit (12). Duo tantum nos affirmavimus:

I. Quod oratio petitionis necessaria quidem sit necessitate medii. Et hoc non ex nobis diximus; etenim hoc idem antea docuerunt gravissimi theologi, ut Suar., Laym., Azor. et alii, ut in eodem libro in *I. Praecepto Decalogi* adnotavi col. 88, lit. [A] (13). Et hanc sententiam tuentur Salm., *De Prim. Praec. Decal.* cap. X nu. XI, ex S. Thom. in 4, dist. 15, q. 14, a. 1; ex eo quia omnia fere auxilia necessaria ad salutem media oratione conferuntur.

II. De oratione autem mentali loquendo, praedicavimus quidem hanc adhuc necessariam esse, sed expresse asseruimus tantum de necessitate morali, quia sine veritatum aeternarum meditatione est moraliter impossibile sive difficillimum, hominem diu in gratia Dei perseverare. Et hoc omnes spirituum directores dicunt et scribunt, praesertim S. Theresia, P. Rodriguez, P. Crasset, &c., cum pluribus theologis: Suar., Bellarm. &c. Quapropter Ordinum fundatores omnes in Religionibus suis quotidianam meditationem uti regulam impraeteribilem praecipue statuerunt.

Quoad aliud punctum quod nobis obiicitur, nos praedicasse, orationes vocales, Rosarium B. M. Virginis et etiam orationem dominicalem abjicienda esse; quomodo unquam hoc ab ullo nostrum asseri potuit? Cum quocunque locorum cum Missionibus nos pervenimus, non solum SS. Rosarium nostrae Reginae, quam singulari obsequio et amore veneramus, quotidie publice recitamus, sed

(12) Doctrina S. i Alfonsi circa orationem breviter describitur a H. MANDERS, *De Nefde in de spiritualiteit van S. Alfonsus*, Brussel-Amsterdam 1947, 188-192, ubi ad alia studia remittitur. Cfr etiam E. MORAN, *S. Alfonso, Doctor de la oración: El Perpetuo Socorro* 40 (1939) 129-133, 297-301. - Saepius in operibus suis S. Alfonsus circa orationis naturam, necessitatem, methodum, praestantiam loquitur; maxime in libro *Del gran mezzo della preghiera* (1^a ed.: Napoli 1759; ed. critica, curata a P.e Cacciatore: Roma 1962) et in libro *Praxis confessarii* (1^a ed. italica: Napoli 1755; ed. critica, curata a P.e Blanc: Romae 1912).

(13) In eodem libro, i.e. in 1^a ed. *Theologiae moralis*; recte: col. 98 (A). Editio critica curata a L. Gaudé, vol. I, Romae 1905, 369.

etiam populis id enixe suademus? Juxta nostrae minimae Congregationis morem, in omnibus quoque Missionibus concionem de Beata Virgine Maria semper habere solemus (14). Praeterea usque adhuc quamplurimis in locis singulis annis in praecipuis Deiparae festivitibus ejus novenas concionando celebravimus; et tunc semper inflammare curavimus omnes in hujusmodi Rosarii devotionem, quam in cunctis Ecclesiae coetibus universalem esse et admodum ipsi Virgini et Deo acceptam ubique praedicavimus. Insuper precibus institimus apud Reverendissimum P. Generalem hodiernum (15) dignissimae et per totum Orbem clarissimae Religionis PP. Praedicatorum, et ipse benigne nobis indulgens facultatem benedicendi Rosaria est im-[col. 1032]pertitus, ubicunque monasteria sui Ordinis non extarent (16). Addo, quod ego voto me adstrinxi quotidie recitandi Rosarium (17).

Illud, quod diximus, est, orationes vocales sine meditatione aeternarum veritatum, sicut mulieres et rudes ut plurimum solent, qui omnem spiritus profectum in vocalibus orationibus sine mentis attentione et sine cordis affectu prolatis reponunt, parum prodesse, quin meditationi opera detur. Et propterea videmus non paucos, qui tantum orationes vocales sine meditatione usitant, a peccatis gravibus non esse immunes; contra vero, qui meditationi vacant, difficillime in mortale incidere, aut in eo perseverare, juxta illud *Eccles. 7, 40*: «Memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis» (18).

Denique circa sacrarum imaginum cultum, nos quidem non latet, quanto studio ab Ecclesia hoc dogma commendatum et defensum fuerit, tot Conciliis approbatum, tot martyrum sanguine

(14) Circa morem semper in Missionibus concionem de B. Maria Virg. inserendi cfr G. VISSER, *Il contributo delle nostre Missioni alla formazione d'una soda devozione Mariana nel popolo*: Pietas Alfonsiana erga Matrem gloriosam Mariam, Leuven 1951, 152-163. - In multis studiis, quae de missione et praedicatione apud S. Alfonsum peracta sunt, etiam locus et momentum concionis marianae determinatur. Vide Bibliographiam in *Spic. hist.* 8 (1960) 510-515; addatur librum P. is van Wely, *Spic. hist.* 12 (1964) 429.

(15) Rev. mus Antoninus Brémond; die 1 VI 1748 electus est Magister generalis OP. - Predecessor eius Rev. mus Thomas Ripoll supremum diem obiit 22 IX 1747; post hunc Ordinem rexit Rev. mus Vincentius Ferretti tamquam Vicarius generalis.

(16) Acta huius privilegii concessionis in archivo nostro generali non invenimus; pariter infructuosae remanserunt investigationes in Arch. gen. OP, ubi inspeximus Registrum epistularum missarum Rev. mi Magistri generalis Antonini Brémond (IV 220 fol. 89 ss.). Notandum tamen in hoc Registro non omnes epistulas a Rev. mo Brémond primis mensibus missas esse notatas; nulla epistula mense iunii scripta enumeratur.

(17) Tempore episcopatus S. Alfonsus quotidie hora vespertina cum universa sua familia recitare solebat Rosarium, uti secretarius Verzella nobis tradidit. *Spic. hist.* 9 (1961) 378 n. 2, 394 n. 74, 434 n. 275.

(18) Potius Eccli. VII 40.

confirmatum, et id nos quoque sanguine ad profitendum parati sumus. Omnibus apertum est, quod ubique cultum sacrarum imaginum ipsi propagavimus. Et hoc testatur mos nostrae Congregationis concionandi semper, statua B. Mariae juxta pergamum apposita (19); proinde semper quoque populos hortamur, ut aliquam, pro ut fieri potest, speciosam Virginis imaginem ecclesiis et domibus habeant. Id, quod solum praedicavimus, est, quod, si orationes coram imaginibus sacris nobis utiles sunt, longe utilius (ut docent Discipulus (20) et B. Henricus Suso) est orare coram Sanctissimo Altaris Sacramento (21); nam ibi non modo Jesus Christus repraesentatur, sed vere et realiter ipse Salvator existit. Si autem hae sint propositiones erroneae et execrabiles, nescio quis dicere possit.

Cum hujusmodi Epistolam legere coepissem, consilii eram obmutescere. Sed ut novi me culpatum dictis adversus fidem malevolentibus, non potui haec pauca non scribere in veritatis et minimae meae Congregationis defensionem, cum id officere potuisset animarum saluti et instituto nostrarum Missionum, quibus assidue circumimus.

Quandoquidem quindecim sunt ab hinc anni, ex quo nostra Congregatio ortum habuit (22), et jam sex provinciarum huius Regni innumera loca peragravimus (23); non quidem temere, ut ipse mordet, sed ab ordinariis locorum vel missi vel acciti. Et angor animo, quod mihi facultas non est obsequendi desiderio tot Episcoporum, qui nostras domos in suis dioecibus erigi optarent, praecipue Episcoporum Brundusensis, Aquilensis, Cassanensis, Cajacensis, &c. (24). Sed quoniam in praesenti non multi sumus, ipsis gratias agentes respondimus, pro nunc dividi nobis non convenire in alias domos, praeter quatuor praefatas, in quibus degimus. Omitto hic numerare percrebras postulationes nostrarum Mis-

(19) Constitutiones capitulares an. 1764, secundum usum a principio in Congregatione introductum, praescribunt: « Il predicatore terrà sempre esposta in tutto il corso della missione accanto alla cattedra qualche statua o immagine della Madonna, con lumi accesi innanzi a quella ». *Codex Regularum et Constitutionum CSSR*, Romae 1896, 81 n. 129. - Item in exercitiis ad sacerdotes. *Ibid.* 59 n. 76.

(20) Ioannes Herolt OP († 1468). Vide N. PAULUS in *Zeitschr. f. kath. Theol.* 26 (1902) 417-447 cum additamentis a G. WEBER, *ibid.* 27 (1903) 362-366 et a N. PAULUS, 366-368.

(21) Vide ea quae S. Alfonsus de argumento habet in Introductione opusculi *Visita al SS. Sacramento*; ed. critica in vol. IV collectionis *Opere ascetiche*, Roma [1939], 295.

(22) Congregatio fundata est die 9 XI 1732.

(23) Conservantur in archivo nostro generali quaedam tabulae laborum apostolicorum, qui ann. 1733-1740, 1738-1739, 1741-1747 a Congregationis sociis peracti sunt. Hae tres tabulae sunt editae (ultima tantum ex parte: ann. 1741-42), uti notavimus in *Spic. hist.* 8 (1960) 342-

(24) Brindisi, L'Aquila, Cassano, Caiazzo.

sionum, de quibus a tot Episcopis quotidie ita perquirimur, ut si duplo plures essemus, neque eorum optatis satisfieri posset (25).

Hoc non ad jactantiam dictum sit, sed ad maiorem Dei gloriam et debitum decorem nostrae adolescentulae Congregationis, ne ipsa vili habeatur in locis, quo cum Missionibus advenimus, ut videtur Epistolae Author assequi voluisse. Sed ipsum sperare mihi libet ex hac mea iusta expiatione non magis gravatum iri; tanto potius, quod ipse asserit non auribus propriis audivisse, quae scribit, sed tantum sibi narrata esse fatetur.

APPENDIX

Series scriptorum pugnacium, ann. 1757-1772

1757. - Dissertazione teologica morale sopra l'abuso di maledir' i morti. Composta da un Sacerdote della Missione sotto il titolo di S. Vincenzo Ferreri. Per uso de' Catechisti; In Napoli, per Benedetto Gessari, MDCCLVII; 16° (16 x 9 cm), 133-[9] pp.

Approbationes, in fine libri transcriptae, datae sunt pro censura ecclesiastica a P.e Alberto Capobianco OP die 6 VIII et a canonico Iosepho Sparano die 8 VIII, et pro censura civili a P.e Thoma Cherubino Pellegrino OP die 4 VIII et a Regali Camera Sanctae Clarae die 17 VIII 1757.

Auctor, cuius nomen in ipso libro non invenitur, apud G. M[ELZI], *Dizionario di opere anonime e pseudonime di scrittori italiani...* I, Milano 1848, 320 dicitur « il P. teologo Gesualdo DANDOLFO (1). - Etiam in *Giornale de' Letterati*, Roma 1758, 363 et ab Ant. ZACCARIA SI, *Annali letterari d'Italia* III, Modena 1764, Parte I, pp. 356-357, P. Dandolo ut auctor libri indicatur et insuper notatur eum esse sodalem Ordinis Praedicatorum et lectorem theologiae moralis in conventu S.i Thomae Aquinatis, Neapoli (2).

Alfonsus eiusque Congregatio in opusculo non nominantur, sed in introductione auctor declarat se opponere « ad una quasi nuova opinione che oggidì con tutto calore s'insegna da certi sacerdoti, i quali, e per la dottrina e per la bontà della vita, possono chiamarsi con verità Lumiere splendidissime dell'Ordine ecclesiastico. Questi imperocché mossi da zelo di carità e persuadendosi di far cosa onorevole a Dio e profittevole alla salute dell'anime, insegnano dietro la scorta di una nuova Morale, pochi anni sono data alle stampe qui in Napoli, che maledire i soli cadaveri de' morti, senza rela-

(25) Cfr epistulas praelatorum foundationes et labores apostolicos postulantium cons. in AG I D 35.

(1) In aliis bibliographiis P.em Dandolo non invenimus. Non comparet ex.gr. apud C. MINIERI RICCIO, *Memorie storiche degli scrittori nati nel Regno di Napoli*, Napoli 1844; L. FERRARI, *Onomasticon. Repertorio biobibliografico degli scrittori italiani dal 1501 al 1850*, Milano 1947.

(2) Has notitias mihi libenter subministravit P. Raim. Telleria.

zione all'anime purganti, non sia ex genere suo colpa grave, ma semplice peccato veniale; ed a rendere nota ad ogn'uno una tale loro opinione, pubblicamente negli esercizi delle Sante Missioni da sopra i medesimi pulpiti la divulgano e si sforzano con mille ragioni di persuaderla » (p. 3).

In cap. III (pp. 68-133), quo sententia contraria refutatur, praesertim S. i Alfonsi opinio oppugnatur: « È poichè quasi tutti o almeno i più rinomati argomenti, onde le maledizioni de' morti vengono scusate di grave colpa, si trovano epilogati in quei recenti Commentarj sopra il Busembaum, de' quali facemmo sopra noi menzione (3), perciò cercheremo fedelmente qui riferirli e metterli sotto gli occhi de' pii leggitori in confronto delle nostre risposte, donde meglio si veda qual sia la loro sussistenza » (pp. 68-69).

Tonus dictionis est semper dignus et expressiones aculeatae ac mordaces non adhibentur. Hoc respectu opusculum toto caelo differt a Chrysaei epistula (Doc. V), cum qua quoad argumenta plane congruit. P. Dandolfo conatur adversarii argumenta refellere, sed non pungit personam adversarii, qui dicitur « il dotto Autore de' citati Commentarj » (p. 69) (4).

1757. - Istruzione e pratica per un confessore. Data in luce dal R.P. D. ALFONSO DE' LIGUORI, Rettor Maggiore della Congregazione del SS. Redentore...; In Napoli, presso Alessio Pellecchia, MDCCLVII; 8° (19 x 11.5 cm), 3 vol. ([XXIV]-480-VIII, [XVI]-486, [VIII]-318 pp.). - In fine primi tomi adiunctus est sub propria paginarum numeratione uncis rotundis inclusa (I-VIII) brevis dissertatio inscripta: *Avvertenza o sia aggiunta circa la maledizione de' morti*.

Approbationes, initio operis transcriptae, datae sunt pro censura ecclesiastica a parocho Ioanne Bapt. Coppola die 22 XI, et pro censura civili a P. e Thoma Cherubino Pellegrino OP die 25 VIII et a Regali Camera Sanctae Clarae die 9 XII 1757.

In corpore operis, in tractatu *Della Bestemmia* (vol. I p. 110-116), S. Alfonsus breviter exponit sententiam suam de maledictione mortuorum (pp. 111-116, nn. 4-11) et confutat argumenta allata ab auctore epistulae an. 1746 (Doc. V). In dissertatione de eodem argumento vol. I adiuncta (*Avvertenza...*) impugnat opusculum P. i s Dandolfo: « Mi è capitata ultimamente una lunga Dissertazione contro una Lettera, fatta da me anni sono, nella quale provai che la maledizione de' morti non è per sé vera bestemmia, né colpa grave » (p. I; initium dissertationis). Et post confutationem argumentorum adversarii et confirmationem propriae sententiae concludit: « Il mio contraddittore ha scritto con buon fine. Ed io ancora credo di avere scritto con buon fine, per liberare da peccato coloro che in ciò stessero con coscienza erronea: non certamente con passione, o per impegno; se avessi scritto per im-

(3) P. Dandolfo remittit (p. 69) ad 2^{am} ed. *Theologiae moralis*, Neapoli 1753 editam.

(4) In fine opusculi (p. 133) magna laus tribuitur Patribus CSSR: « Gli autori dell'opposta opinione sono stati sempre da me stimati per uomini dotti, irreprensibili e zelanti del bene dell'anime, per le quali travagliano notte e giorno nell'apostolico impiego delle sante Missioni ».

pegno, mi stimerei dannato. Ma dico la verità, che quante maggiori opposizioni ho vedute farmi su questo punto, tanto più mi son confermato nel mio sentimento; vedendo che persone dotte, dopo tanto studio, non han potuto trovar ragione che persuada per la loro opinione » (p. VIII).

In posterioribus editionibus operis (ab an. 1759 sub titulo paulo mutato: *Istruzione e pratica per li confessori*) et in editionibus versionis latinae (ab an. 1759 sub titulo: *Homo apostolicus*) dissertatio qui inscribitur *Avvertenza...* non amplius invenitur, sed in locum eius successit alia de hoc argumento animadversio, ut infra notabitur.

1758. - Lettera apologetica contra la risposta fatta alla Dissertazione sopra l'abuso di maledire i morti; In Napoli, presso Benedetto Gessari, MDCCLVIII; 16° (16×9 cm), 168 pp.

Initio opusculi habetur epistula diei 29 IV 1758 auctoris ad amicum, qui ei S.i Alfonsi tractatum (*Avvertenza...*) transmisit. Ex hac epistula deducitur quod auctor opusculi est idem qui an. 1757 opusculum *Dissertazione...* edidit et quod tractatus *Avvertenza...* prius ut folium separatum vulgatus fuit, antequam in fine tomi I operis *Istruzione e pratica* vulgaretur. « Ricevei con molto mio gradimento nella vostra lettera il foglio volante pubblicato in risposta alla mia *Dissertazione teologico-morale sopra l'abuso di maledire i morti*, ed indi poco in appresso m'incontrai a leggere lo stesso foglio da voi trasmessomi inserito dall'Autore di quello nel fine del tomo I di un'opera sua morale, che ha per titolo: *Istruzione e pratica per un confessore* » (p. 3). In 12 paragraphis P. Dandolo ad trutinam vocat argumenta S.i Alfonsi et in fine (pp. 155-168) dat textum completum dissertationis alfonsianae *Avvertenza...*, sub alia tamen inscriptione: *Breve risposta circa la maledizione de' morti*.

[1758]. - Lettera di risposta contra la Lettera apologetica scritta in difesa della Dissertazione sopra l'abuso di maledire i morti; [s.l., n. typ., a.]; 16° (15.5×8.5 cm), 21 pp.

Non habetur proprium folium cum tituli inscriptione. Est epistula S.i Alfonsi, in qua desideratur subscriptio, notitia diei scriptionis, et etiam nomen personae (Rev.mo Padre, Sign. e Padrone Col.mo) ad quam data est. Post hanc epistulam sequitur epistula Rev.mi Abbatis Bartholomaei di Marco Ord. S. Basilii, ad S. Alfonsum missa ex Mater Domini (Salerno) die 14 VI 1758. Abbas di Marco summe approbavit doctrinam expositam et consilium dedit imprimendi epistulam suo iudicio subiectam: « Io dunque non ho avuto né che togliere, né che aggiungere, né che mutare della sua dotta scrittura, e prego il Signore che illumini la mente del suo Contradittore e di alcuni pochi compagni, che fan pompa di trovar la colpa in ogni piccola azione. V. S. Reverendiss. intanto non si arretri di mandar alla luce la cennata Apologetica Risposta, che ne sarà applaudita come ne fu in tutte l'altre opere sue » (pp. 20-21).

Unicum exemplar notum huius *Lettera di risposta* separatim impressae conservatur in bibliotheca domus generalitiae CSSR, Romae (5).

1759. - Istruzione e pratica per li confessori. Opera del R.P. D. ALFONSO DE' LIGUORI, Rettor Maggiore della Congregazione del SS. Redentore... Edizione seconda; In Venezia, nella Stamperia Remondini, MDCCLIX; 8° (25 × 18.5 cm), 3 vol. (XVI-212, VIII-207, [IV]-136 pp.). - In tomo I post tractatum *Della Bestemmia* (pp. 47-49) adiuncta est *Lettera di risposta*... (pp. 50-58).

Textus idem est ac in editione separata anni 1758, tantum addita est brevis introductio, qua condicio certaminis litterariae elucidatur (pp. 49-50).

Die 10 VIII 1758 S. Alfonsus ad editorem Remondini misit exemplar dissertationis *Lettera di risposta*, ut eam insereret operi *Istruzione e pratica*: « Quel foglio poi per « la maledizione de' morti », ultimamente fatto, già notò il luogo dove si ha da mettere, lasciando di mettere quello che sta posto alla *Pratica* in fine del I tomo. - Questo foglio è breve, [ma] mi costa [= costò] una gran fatica » (6).

Etiam in editionibus posterioribus operis inserta est haec *Lettera di risposta*.

1759. - Lettera ipercritica in disamina della risposta, data fuori contra la Lettera apologetica, scritta in difesa della Dissertazione sopra l'abuso di maledire i morti; In Napoli, presso Benedetto Gessari MDCCLIX; 16° (15.5 × 9 cm), [VI]-319-[3] pp.

Initio libri (pp. 1-21) transcribitur *Lettera di risposta*... S.i Alfonsi et quidem eodem modo; etiam dispositio typographica quoad paginas, versus etc. omnino eadem est. Sub libri finem (pp. 308-319) transcribuntur quaedam epistulae quibus variae personae auctori assensum doctrinae propositae manifestant.

1759. - Homo apostolicus instructus in sua vocatione ad audiendas confessiones, sive Praxis et instructio ad usum confessoriorum. Edita a Rev. P. D. ALFONSO DE LIGORIO, Rectore Majori Congregationis SS. Redemptoris...; Venetiis, ex Typographia Remondiana, MDCCLIX; 8° (26.5 × 19 cm), 3 vol. (XVI-207, VIII-200, IV-136 pp.). - In tomo I post tractatum *De Blasphemia* (pp. 48-50) adiuncta est *Lettera di risposta* sub inscriptione latina: *Epistola responsiva adversus Epistolam apologeticam scriptam in propugnationem Dissertationis, quae super abusu mortuis maledicendi prodit* (pp. 50-59).

Textus idem est ac in opere *Istruzione e pratica* eiusdem anni 1759, sed introductio et epistula S.i Alfonsi in linguam latinam versae sunt, epistula Abbatis di Marco datur in lingua originali italica.

(5) Opera S.i Alfonsi X 9, 8°.

(6) *Lettere* di S. ALFONSO III 78.

Etiam epilógus latine versus est et additus est ultimus paragraphus, quopatet hoc opus editum esse post librum *Lettera ipercritica* eiusdem anni 1759: « Nuper alia prodiit epistola Adversarii, cui respondere opus esse minime censemus; sufficiunt quae jam respondimus. Si autem forse putat Adversarius, in controversiis eos remanere victores, qui ultimo loco scribunt, hujusmodi victoriam valde libenter ei concedimus » (p. 59).

In posterioribus editionibus operis *Homo apostolicus* habetur *Epistola responsiva*. Invenitur etiam in editionibus *Theologiae moralis* a 4^a (1760) et deinceps in vol. I post tractatum *De Blasphemia*, qui est cap. I tractatus *De secundo Praecepto* (7).

NB. Apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 63-64 describitur editio 4^a *Theologiae moralis* et notatur quod exstant exemplaria quae habent frontispicium: R.P. Hermanni Busembaum SI *Theologia moralis*, nunc pluribus partibus aucta a R.P. D. Alphonso de Ligorio...; Romae, Sumptibus Remondinianis, MDCCLX, dum inveniuntur alia exemplaria sub titulo: *Theologia moralis* R.P. D. Alphonsi de Ligorio... juxta methodum Medullae R.P. Hermanni Busembaum SI...; Bononiae, Sumptibus Remondinianis, MDCCLX.

Invenimus etiam exemplar 4^{ae} editionis *Theologiae moralis* in cuius frontispicio haec leguntur: *Theologia moralis Illustrissimi ac Reverendissimi D. Alphonsi de Ligorio, Episcopi S. Agathae Gothorum et Rectoris Majoris Congregationis SS. Redemptoris, juxta methodum Medullae R.P. Hermanni Busembaum Societatis Iesu, cujus ideo Liber in hoc opere praemittitur. Adjuncta in calce perutili instructione ad Praxim confessoriorum. Editio quarta... Adcedit etiam Francisci Antonii Zachariae S.J. Dissertatio prolegomena de casuisticae theologiae originibus, locis atque praestantia; necnon Joannis Dominici Mansi Congr. Matris Dei Epitome doctrinae moralis et canonicae ex operibus Benedicti XIV; Boroniae, Sumptibus Remondinianis, MDCCLXIII; f° (38 × 25 cm), 3 vol. ([VIII]-LX-284, XVI-280, VIII-204-XXXIX pp.).*

Ut videtur post S. i Alfonsi promotionem ad dignitatem episcopalem novum frontispicium exemplaribus operis in officina typographica iacentibus datum est.

1760. - Istruzione e pratica per li confessori. Opera del R.P. D. ALFONSO DE' LIGUORI, Rettor Maggiore della Congregazione del SS. Redentore... Edizione terza; In Napoli, nella stamperia di Giuseppe di Domenico, 1760; 8° (19 × 11 cm), 3 vol. (XXX-534-[1], XX-515, XII-339 pp.). - In tomo I in fine capituli *Del secondo Precetto* post tractatum *Del Voto* (pp. 146-160) insertum est *Avvertimento* contra librum *Lettera ipercritica* (pp. 160-162).

Hoc *Avvertimento* etiam in posterioribus editionibus operis eodem loco invenitur.

(7) Apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 95, notatur quod *Epistula responsiva* in ed. 4^a *Theologiae moralis* adiuncta est in Appendice III. Sed Appendix III (vol. III, pp. 168-178) est tractatus *Examen Ordinandorum*.

1762. - Lettera ipercritica in disamina della risposta... [ut in 1^a ed. an. 1759].
Seconda edizione; In Napoli, presso Gaetano Roselli, MDCCLXII;
16° (15.5 × 9 cm), [VIII]-388-[4] pp. (8).

Post epistulas quibus variae personae auctori assensum doctrinae propositae manifestant (pp. 369-380), etiam in 1^a editione transcriptas, P. Dandolo cum ironica introductione reproducit dissertatiunculam Alfonsi *Avvertimento* (pp. 384-388).

1772. - Dissertazione teologica morale sopra l'abuso di maledire i morti... [ut in 1^a ed. an. 1757]. Seconda edizione; In Napoli, per Gaetano Roselli, MDCCLXXII; 16° (15.5 × 9 cm), 128-[4] pp.

1772. - Lettera apologetica contra la risposta... [ut in 1^a ed. an. 1758]. Seconda edizione; in Napoli, per Gaetano Roselli, MDCCLXXII; 16° (15.5 × 9 cm), 192 pp.

(8) In frontispicio operis annus editionis clare indicatur: MDCCLXII. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* I 95 in nota post annum 1762 ponit exclamationem (*sic*), probabiliter putans erronee indicari 1762 pro 1772, quo anno opuscula *Dissertazione teologica et Lettera apologetica* 2^a editione vulgata sunt. Rationem convincentem huiusmodi erroris in anni notatione non invenimus.

ORESTE GREGORIO

COMMENTARIO SETTECENTESCO
DEL «REGOLAMENTO» REGIO

SUMMARIUM

Partem primam Commentarii practici de «Regolamento interiore» in foliis *Spicil. histor.* (VIII, 3-39) edidi an. 1960 ad implexam illam vicissitudinem saec. XVIII sane illustrandam. Nunc partem secundam eiusdem documenti inediti publici iuris facio brevibus notis ditatam.

De sacris missionibus internis rigore tractabat prior pars; in secunda agitur stricte de vita religiosa Congregationis SS. Redemptoris. Ante oculos habens lector sive regimen apostolicum sive illud disciplinare, maturis argumentis iudicare potest vitae tenorem quem sequuti sunt Redemptoristae neapolitani, volvente lamentabili praedicti temporis crisi (1780-1793). Uti ex textu eruitur, ipsi generatim non adhaeserunt mitigationibus «Regolamento» inductis sed potius in praxim quotidianam fideliter traduxerunt, domi et extra, Regulam pontificiam. Arbitrati sunt «Regolamento» sic dictum regium tamquam «modum vivendi» forum conscientiae non ligantem, opinor.

Sub hoc speciali respectu praesentis manuscripti valor numquam satis laudatur.

Etenim observantiam perantiquam non destruxit «Regolamento», nec specifico apostolatu ruricularum saluti praesertim dedito obfuit. His verbis gravium damnorum congeriem, quae in exemplum transierunt, abscondere nolo nec minuere. Probabiliter funditus ac magis obiective ponderanda est amara quaestio, omnibus testimoniis civilibus ac ecclesiasticis critice perpensis. Negari nequit «Regolamento» toti Congregationi bonum attulisse permagnum, forsitan praeter intentionem gubernii borbonici regalistici. Revera ex hoc documento existentiam legalem tam diu concupitam acceperunt Missionarii Redemptoristae. A rege Ferdinando IV officialiter recogniti efformare tandem valuerunt genuinam corporationem religiosam cunctis gaudentem facultatibus, suppressionis saepe comminatae timore adempto.

Nel 1960, fra le pagine di questa rivista, publicai la parte prima del «Commentario pratico al Regolamento interiore», relativo all'apostolato, che i Missionari Redentoristi esercitarono nel Regno di Napoli durante gli anni 1780-1793 (1). Ora diamo a luce la parte seconda dello stesso documento, ri-

(1) Cfr O. GREGORIO, *Commentario delle nostre Missioni secondo il «Regolamento» regio*, in *Spicil. histor.* 8 (1960) 3 ss.

masto parimenti inedito, che riguarda la loro vita religiosa. I lettori avendo sotto gli occhi il duplice brano potranno farsi un concetto adeguato circa la vita attiva e contemplativa praticata verso la fine del '700 dalla Congregazione del SS. Redentore, che proprio in quel tempo attraversò il periodo più burrascoso della sua storia bicentenaria (2).

Il fascicolo originale della II parte (cm. $21\frac{1}{2} \times 15\frac{1}{2}$) custodito a Pagani (3) si compone di 27 fogli (pp. 54), privi di numerazione: cinque pagine sono bianche. Il manoscritto, che non ha un titolo particolare, è in buono stato di conservazione: i caratteri sono nitidi per quanto minuscoli.

Intorno alla origine dello scritto non ripeto ciò che scrissi nel 1960 come preambolo della I parte: le informazioni fornite ivi sono valide anche per la II, per cui rimando ad esse i benevoli lettori. Rammento solamente che non nacque per la iniziativa di un religioso zelante ma per ordine preciso dei padri capitolari adunati nel 1783 a Ciorani.

Il contenuto si snoda limpido e persuasivo; non ha bisogno di ampie esplicazioni. Il commentario bene articolato sviluppa in sei capitoli il II capitolo del « Regolamento » regio che uscì nel 1780. I capitoli sono suddivisi in paragrafi: Il I ne ha cinque, oltre il preludio; il II tre; il III due; il IV pure due; il V cinque e il VI tre con l'appendice della Tabella oraria adoperata nel secolo XVIII. La materia dei 20 paragrafi è a volte distribuita in membretti preceduti da numeri arabi: il paragrafo I del capo V contiene 12 squarci.

Il commento non è strettamente letterale; non di rado pare sorpassare, ma non forzare, le parole adibite nel « Regolamento ». L'autore evidentemente ebbe presente il Dispaccio emanato a febbraio del 1781, che colmò le lacune segnalate da sant'Alfonso a Ferdinando IV (4). Nella stesura si ispirò idealmente alla Regola pontificia senza tuttavia citarla per non urtare le suscettibilità sempre vive del regalismo. Attinse secondo le norme suggerite dai padri capitolari nella tradizione consacrata autorevolmente dalle costituzioni sancite dal capitolo generale celebrato nel 1764 a Pagani, evitando con destrezza ogni riferimento per non esporsi a possibili incriminazioni. Sulla base del « Regolamento » costruì il commento con fedeltà al primitivo spirito alfonsiano: può essere che in qualche tratto affiori un tenore più austero. Assorbì poi gli elementi nuovi, ch'erano entrati nelle costumanze domestiche con profitto comune (cfr cap. V, paragr. I, n. 12).

Nel commentario non si scoprono mitigazioni disciplinari in ordine alla preesistente osservanza; le alterazioni inserite abusivamente nel « Regolamento » sono scavalcate o interpretate col rigore antico sia pure attraverso il ricorso a sottigliezze canoniche. Né ci si imbatte in pose reazionarie; è assente ogni spunto polemico. Si constata che in realtà la Regola approvata nel 1749 da Benedetto XIV continuò a guidare i passi dei Redentoristi na-

(2) R. TELLERÍA, *S. Alfonso M. De Ligorio*, II, Madrid 1951, 605 ss.

(3) Arch. prov. napol., *Costituzioni e Regole*, 15, p. II Commentario pratico al Regolamento interiore.

(4) S. ALFONSO, *Lettere*, II, 609 ss.

poletani nel ritmo giornaliero nonostante la intrusione governativa. Un esame parallelo dei testi indica e prova la continuità senza fratture o scappatoie compromettenti tanto nell'apostolato quanto nella vita religiosa. L'azione e la preghiera non subirono soste né deviazioni pericolose.

Il fondatore nella sua età veneranda, benché malato, era riuscito col prestigio della santità e con la perizia giuridica a salvare l'Istituto dal naufragio e a mantenervi il vigore missionario; che soprattutto gli stava a cuore nella ricerca delle anime più abbandonate.

Il testo è riprodotto come giace nel manoscritto: mi permetto, eventualmente, di ritoccare la punteggiatura errata; inoltre credo opportuno di omettere le lettere maiuscole usate negli aggettivi, che oggi non avrebbero senso. Aggiungo a piè di pagina poche note filologiche o storiche per facilitare la esatta intelligenza delle espressioni settecentesche.

Né mi sembra superfluo di sottolineare il significato distinto del commentario: mentre da una parte riflette l'atmosfera della Regola papale, dall'altra abbraccia, in compendio, il meglio delle voluminose costituzioni elaborate nel 1764.

I lettori non digiuni della storia redentorista, scorrendo i tratti seguenti, si rendono agevolmente consapevoli come siasi in passato caduto in esagerazioni nel valutare la crisi del 1780 aperta dal « Regolamento » regio. E' tempo di procedere ad una revisione oggettiva di talune prevenzioni, che hanno spinto a pronunciare condanne ingiustificate senza discriminazione. Il commentario, sotto diversi lati, apporta chiarimenti nella questione incresciosa e avvia a soluzioni più eque, demolendo insinuazioni gratuitamente fabbricate.

I Redentoristi napoletani non sollecitarono il « Regolamento » regio per darsi una disciplina più comoda; anzi non approfittarono dell'intervento del dicastero borbonico per discostarsi dalle Regole di Benedetto XIV. Sbagliano quindi quelli che ritengono i congregati delle 4 case del Regno (5) conniventi con i ministri regalisti ed ostili per giunta alla curia romana. Il presente documento è in certa maniera sufficiente ad abbattere le accuse mosse con leggerezza e animosità piuttosto che con argomenti massicci.

Incidentalmente ricordiamo che negli annali ecclesiastici non è stato infrequente il caso della ingerenza civile negli affari religiosi, turbandone l'equilibrio. Per non uscire dall'orbita della nostra famiglia richiamiamo ciò che capitò a san Clemente Hofbauer (m. 1820) in Austria, ove vivevano le teorie giuseppiniste. Egli fu costretto ad adattarsi all'ambiente per vivervi; per non mettersi nella situazione sfavorevole di esserne espulso introdusse nella Regola vari cambiamenti e sopprese l'intera parte terza sul governo della Congregazione redentorista; per tal via superò gli ostacoli incontrati presso la corte imperiale (6). Era indubbiamente un attentato alla Regola

(5) Le 4 case del Regno erano Ciorani, Pagani, Deliceto e Materdomini.

(6) E. Hosp, *Geschichte der Redemptoristenregel*, Vienna 1939, 193.

pontificia. La prudenza circoscrisse il fatto che passò quasi inosservato senza strascichi penosi davanti alle sacre Congregazioni romane.

A Napoli si mancò di tattica? L'incidente fu gonfiato e diventò clamoroso. Avrebbe potuto ricevere invece rilievo minore, se non fossero entrati in giuoco lo zelo intempestivo e l'ambizione. A renderlo più disastroso concorsero i fattori politici, come osserva giustamente il p. De Meulemeester (7). La tensione che intercorreva tra la Santa Sede e Sua Maestà Cattolica Ferdinando IV allontanò dall'orizzonte un rapido accomodamento, che già si era profilato sin dal febbraio del 1781. Roma restò intransigente: il Papa Pio VI lasciò intendere che non mollava per rintuzzare i dicasteri borbonici, i quali effettivamente si erano dimostrati più condiscendenti verso sant'Alfonso.

Con la ricchezza dei documenti noti e con maggiore serenità si può attualmente considerare la vicenda, al di là dei soliti toni polemici, nei suoi aspetti positivi e negativi.

Il « Regolamento » regio non intaccò praticamente nella sostanza la vita di preghiera e di azione dei Redentoristi, che rimasero indenni nella tempesta scatenata. Al contrario produsse in quel clima difficile, contro la medesima intenzione dei legislatori ligi alla politica antivaticana, un vantaggio lungamente bramato, perché eliminò lo spettro della soppressione già tante volte minacciata.

Probabilmente ebbe ragione il p. Andrea Villani, Vicario generale del fondatore, che mai attribuì troppa importanza al « Regolamento »; egli lo considerò sempre una pura formalità, che non obbligava nel foro della coscienza. Né era il solo a nutrire simile mentalità, altrimenti non potrebbe spiegarsi il commentario. E' certo che il « Regolamento », a parte i danni innegabili cagionati, assicurò la esistenza legale dell'Istituto redentorista nel Regno di Napoli; ufficialmente lo riconobbe siccome corporazione religiosa.

I discepoli di sant'Alfonso, ricevuto l'*Exequatur*, proseguirono pacificamente ad organizzare il lavoro di evangelizzazione e della propria santificazione non secondo le norme dettate da Ferdinando IV ma con quelle che aveva stabilite Benedetto XIV.

(7) M. DE MEULEMEESTER, *Histoire Sommaire de la Congr. du T. S. Rédempteur*, Louvain 1950, 82.

G.M.G.

PARTE SECONDA

DELLA VITA ORDINATA ED ESEMPLARE
DI OGNUNO DEI CONGREGATI

Prescrive il nostro Regolamento nel capo secondo l'esercizio delle principali virtù che alla perfezione cristiana ed ecclesiastica conducono gli operari evangelici, e influiscono grandemente alla edificazione dei popoli, e al profitto delle apostoliche Missioni. Sopra tutto mette loro avanti gli occhi qual unico specchio di originale perfezione da non perdersi giammai di vista l'esempio della vita divina di Gesù Cristo nostro Redentore, del cui titolo è insignita (1) la nostra Congregazione, affinché si sforzino i suoi alunni di divenire con divino ajuto vive copie di Colui, che prima di insegnare agli altri le sue celesti dottrine, volle colla pratica di tutta la sua vita spianarci la strada della perfezione, e stimolarci a seguire le sue pedate. Parleremo adunque in questa seconda parte della pratica di tutte le virtù accennate in detto capitolo secondo del Regolamento, ma con metodo alquanto diverso, e più al buon ordine conveniente. In primo luogo tratteremo delle quattro virtù proprie dei Congregati, cioè della Povertà evangelica e vita comune, della Castità, dell'Obbedienza e della Perseveranza nella vocazione. In secondo luogo dell'Umiltà e della Mortificazione cristiana. Indi del Raccoglimento di spirito, e dei mezzi di conservarlo. Finalmente degli esercizi di pietà prescritti dalla Regola, che debbono i nostri Congregati praticare ogni giorno, ogni mese, ed ogni anno, per conservarsi e vieppiù avanzarsi nel fervore dello spirito.

CAPITOLO I

DELLA POVERTA' EVANGELICA E VITA COMUNE

Le quattro anzidette virtù di cui in primo luogo proposto abbiamo di trattare, si debbono professare da ognuno che dopo l'esperimento, o sia Noviziato si determinerà a convivere nella nostra Congregazione, obbligandosi nel tempo della sua oblazione con

(1) Insignita.

espreso e formal giuramento a Dio di vivere perfettamente in comune e in Povertà, di osservare la Castità e l'Ubbidienza, e insieme di perseverare nella Congregazione sino alla morte, senza che possa da verun altro, che dal Capo della Congregazione esser sciolto per causa ragionevole dal suddetto giuramento di perseveranza, siccome è dichiarato espressamente nel capo secondo del Regolamento nei numeri X, XIII e XIV.

PRENOZIONE SUL GIURAMENTO

Chiunque ben conosce qual sia la natura del giuramento che si fa immediatamente e direttamente a Dio, non già all'uomo, riputa una mera differenza verbale quella che passa tra il voto e il giuramento suddetto, essendo ben persuaso che sia in sostanza una medesima cosa, anzi migliore l'obbligarsi a Dio con giuramento diretto a Dio, che l'obbligarsi ad esso Lui con semplice voto. Se si considera la forza del giuramento promissorio a Dio in paragone di quella del semplice voto, tanto l'una eccede l'altra, quanto un voto giurato eccede la forza di un semplice voto. Voto giurato è in sostanza il giuramento a Dio promissorio. Imperciò che se ogni promessa obbligatoria fatta a Dio è vero voto; se il giuramento promissorio a Dio contiene la promessa obbligatoria fatta allo stesso Dio; chi non vede che il giuramento promissorio a Dio include naturalmente il voto? Colui che dice: Giuro a Dio di vivere perfettamente in comune e in Povertà; giuro a Dio Castità, Ubbidienza e Perseveranza, non fa altro che confermare con giuramento le promesse fatte a Dio stesso, ciò è aggiungere alla forza del voto quella del giuramento, e cambiare in voto giurato il semplice voto. L'obbligazione che si contrae in coscienza col giuramento a Dio è a comune sentimento dei Teologi maggiore senza dubbio di quella del semplice voto. Ecco in conferma fra molti che si tralasciano per brevità, alcuni testimoni dei Teologi i più accreditati. Francesco Silvio nella quist. 89, art. 8, parlando del giuramento si propone la seguente quistione: *Utriusnam major sit obligatio voti, an ejus juramenti, quo aliquid promittitur Deo!* risponde brevemente: *quod juramenti quia tale juramentum praeter hoc quod sit juramentum est etiam votum*, perché come si è già detto racchiude in se stesso una promessa obbligatoria fatta direttamente a Dio. Ed il P. Daniele Concina nel l. 5 sul Decal., Dis. 2 de juramento promiss. c. 4, n. 2, scrive così: *In juramentis Deo factis communiter contingit etiam votum. Quoties confirmas juramento promissionem Deo factam adest votum cum juramento: duo-*

que sunt obligationis vincula, quapropter duo peccata committeret, qui illa violaret. E allora solamente si soggiunge, nel giuramento promessorio fatto a Dio non s'include il voto, quando col giuramento si vuol confermare un semplice proposito, non già una promessa a Dio di obbligazione: *Si enim nolles expresse sed solum proponeres aliquid te in honorem Dei facturum, et cum juramento propositum tuum firmares vinculo solius juramenti teneris.* Ma ciò non si avvera nei giuramenti a Dio di Povertà e vita comune, di Castità e di Ubbidienza e di Perseveranza che ci vengono prescritti dal Regolamento, poiché con essi si confermano le promesse a Dio esplicitate, formali ed obbligatorie, non già un nudo proposito, che non parturisce obbligazione. Ciò si rileva dalle parole registrate nel c. 2, di esso Regolamento n. X ove parlasi della povertà, e si dice: *dovrà ciascuno obbligarsi mediante esplicita e formale promessa con giuramento* e non già mediante il semplice proposito che coll'accesso del giuramento diviene obbligatorio. Sicché considerata la natura del giuramento a Dio promessorio, e lo spirito del nostro Regolamento, sono i quattro mentovati giuramenti altrettanti voti giurati che ligano più strettamente a Dio, e sono voti e giuramenti insieme.

Ma poiché nel giuramento promessorio si considera oltre la sua natura anche l'intenzione di colui che giura, e di colui che accetta la promessa giurata dicendo S. Tom. nel 3 delle sent., dist. 39, q. 2, questione 3, soluz. 5 che colui che promette con giuramento qualche cosa senza dolo, resta in coscienza obbligato secondo la sua intenzione: *si simpliciter jure absque dolo*, senza pregiudizio del promessario, *tunc in foro conscientiae non obligatur, nisi secundum suam intentionem*, che conferma nella 2-2, q. 89, a. 7, ad 4. Maggiormente poi quando la promessa giurata si fa a Dio, che non l'accetta altrimenti che secondo l'intenzione del giurante, dicendo S. Gregorio il M. che gli uomini giudicano delle promesse secondo il suono esteriore delle parole, ma Dio giudica le parole della promessa secondo l'intenzione a Lui ben nota del promettente: *Humanae aures talia verba nostra judicant, qualia foris sonant: divina vero judicant talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur*; perciò attesa la dichiarazione della mente del Capo della Congregazione nota a tutti gli individui, che coi suddetti giuramenti non s'intenda contrarre maggiore obbligazione di quella dei semplici voti, appunto per non illaqueare con doppio vincolo la coscienza dei sudditi, ne segue che i quattro giuramenti a Dio con cui professiamo povertà e vita comune, castità e ubbidienza e perseveranza, giusta il prescritto del Regolamento, quantunque di lor

natura sieno voti giurati, sono nondimeno come semplici voti secondo l'intenzione espressa dei giuranti e dell'accettante; e chi mai li trasgredisse si farebbe reo avanti a Dio non altrimenti che un trasgressore dei semplici voti, non già dei voti giurati. Ciò premesso, vediamo nei seguenti paragrafi, quali siano delle virtù professate i doveri, e la pratica di ciascuna.

§ I

DELLA POVERTÀ EVANGELICA

(19) Franc. Xav. Schwoy (1784-1832), Can. Reg. S. Augustini ex abbatia (« Stift ») Klosterneuburg apud Vindobonam. - Notitiae biogr. apud C. von WURMSBACH, *Biographisches Lexikon des Kaiserthums Oesterreich* XXXIII (1877) 197-198.

(20) Maria Clementina, filia Imperatoris Francisci I Austriae (ab 1804; Francisci II Sacri Romani Imperii, ab 1792).

(21) Hac de re in epistula infra transcribenda diei 12 IV 1830 Rev. mus D. Schwoy indicatur tamquam « confessore della Principessa di Salerno ». - Leopoldus et Maria Clementina matrimonio iuncti sunt die 16 VII 1816 (P. COLLETTA, *Storia del Reame di Napoli dal 1734 sino al 1825*, Milano 1861, 440; libro 8, capo 2, n. 38).

fili Ferdinandus I regis utriusque Siciliae (22), intercessit apud RM Cocle, ut omni studio eniteretur, ne P. Veith e Congregatione exiret. Rev.mus Schwoy non directe Rectorem Maiorem appellavit, sed die 24 martii 1830 epistulam scripsit P.i Caspari Ringelstein SI (23), rogans eum ut considerationes et sollicitudines suas P.i Cocle transmitteret (24). P. Ringelstein hoc fecit epistula sua diei 12 apr. 1830 (25), ad quam P. Cocle die 16 apr. responsum dedit (26). Haec responsio scripta est ipso die quo P. Veith dispensationem votorum a P.e Passerat obtinuit (27).

Die 23 apr. Rev.mus Schwoy communicavit quodam P.i Pelagio (28), Veith iam e Congregatione discessisse, et rogavit eum, ut hanc notitiam quam primum P.i Ringelstein transmitteret, quia in hac rerum condicione intercessio apud P.em Cocle inutilis evaserat. Et addit: « La Congregazione, che gode qui una stima universale, ha per riguardo a questo colpo piuttosto guadagnato che perduto... Il rumore da fuori non può prevalere contro il guadagno, che di dentro se n'è acquistato » (29). Die 8 maii eundem Patrem edocuit, Veith munus cooperantis in paroecia « am Hof » assumpsisse (30).

Die 23 maii Schwoy nuntiavit P.i Ringelstein, se epistulam eius una cum epistula P.is Cocle ei data accepisse. Rationem se gerendi ex-Patris Veith in diversis severe reprehendit. Molestiae, quas Schwoy consecuturas timuerat pro Congregatione ex discessu, non acciderunt (31).

(22) Post mortem regis Ferdinandus I, die 4 I 1825, successit Franciscus I, frater maior Leopoldi; post mortem Francisci I, die 8 XI 1830, successit Ferdinandus II.

(23) Caspar Ringelstein, * 4 I 1794 Mutzingen (Alsatia); Societatem Iesu ingressus est die 1 X 1818 Neapoli, vota publica nuncupavit (coadiutor spiritualis) die 8 XII 1829 Neapoli, usque ad annum 1863 circiter Neapoli laboravit; † 6 IX 1864 Galloro (in Statu Pontificio). - Has notitias humanissime mihi subministravit RP Iosephus Teschitel, archivi generalis Societatis Iesu praefectus, epistula diei 18 I 1966.

(24) Conservatur in AG X B 9 excerptum huius epistulae in versione italica a P.e Sabelli confecta. Epistula originalis, lingua germanica scripta, a P.e Ringelstein P.i Cocle transmissa fuit, et post confectionem versionis italicae restituta (vide infra epist. b initio). - Quia argumentum excerpti, in quo de rebus ad Congregationem nostram attinentibus agitur, idem est ac in epistula P.is Ringelstein diei 12 apr., a transcriptione supersedemus.

(25) Haec epistula transcribetur infra sub a.

(26) Haec epistula transcribetur infra sub b.

(27) Uti dicitur apud LOEWÉ 121 et HOSP, *Erbe* 217, Veith collegium apud Maria Stiegen reliquit Sabbato Sancto an. 1830, die 10 IV, proficiscens ad comitem Kinsky in Anger; inde nuntiavit P.i Passerat suum discessum. P. Passerat in epistula sua diei 17 VI 1830 (supra epist. n. 7) affirmat P. Veith dispensationem petiisse « pochi giorni dopo Pasqua ». In Cat. XI 1 p. 3 n. 21 et Cat. XI 3 p. 1 n. 5 tamquam dies egressionis notatur 16 IV 1830, qui — secundum supra exposita — rectius dicitur dies dispensationis. Cfr MADER 22.

(28) Persona nobis non pressius nota. Inter Patres Soc. Iesu illo tempore Neapoli degentes non habetur Pater huius nominis vel cognominis, ut nobis humanissime communicavit RP Teschitel die 30 I 1966.

(29) Conservatur in AG X B 9 excerptum huius epistulae in versione italica a P.e Sabelli confecta.

(30) Excerptum huius epistulae in AG X B 9, ut in nota praecedenti.

(31) Excerptum huius epistulae Rev.mi D.ni Schwoy transcribetur infra sub c.

a. - 1830 IV 12, Napoli. - Epistula Patris Casparis Ringelstein SI ad Rev.mum P. Cocle. - Orig.: AG X B 9. - Notatur in ALO 19 et in *Diario* Rev.mi Cocle p. 332.

Napoli, li 12 Marzo [*lege*: Aprile] 1830

Molto Riv.do in X.to Padre,

Vengo incaricato di un'ambasciata per [la] cui occasione molto volentieri avrei desiderato far conoscenza con V.a Paternità molto Riv.da per comunicargliela a voce, tanto più che mi si dice che Ella risiede a Napoli. Ma siccome ho alcuni affarucci di premura a terminare e che oggi ancora ho da recarmi fuori Napoli per una quindicina di giorni, mi vedo nell'obbligo di dargliene notizia per via di lettera.

L'affare è una cosa odiosa, però mi scusi se cedo alle premure dell'amicizia. D'altronde, siccome può essere di gravissime conseguenze e che l'amicizia spinta da un zelo caritatevole (illuminato o no, se la vedrà V.a P.tà) lo richiede da me, mosso anche io dal bene della religione, mi piglio questa parte; mi protesto però di non voler averne la parte che di semplicissimo relatore.

Si tratta del P. Veith di Vienna, di cui mi scrive Mons. Schwoy, confessore della Principessa di Salerno, in data de' 24 e de' 26 di Marzo, membro distinto della vostra ottima Congregazione, uomo come mi si dice di gran credito in quelle parti, cosa che Ella meglio saprà, e che non mi è noto altrimenti che per alcuni suoi scritti che è vero mi son molto piaciuti, e che per motivo di alcune angherie, come dice il P. Schwoy, da parte del P. Vicario Giuseppe Passerat sta trattando per sottrarsi con lasciar la Congregazione a tale sorte di persecuzione.

Ora, benché Mons. Schwoy dia la lode di buonissimo religioso al P. Passerat, pretende egli non di meno che come Francese sia il P. Passerat poco familiare con l'indole de' Tedeschi, poco esperto della situazione delle cose in Germania, del modo di maneggiare gli spiriti, troppo duro senza la necessaria discrezione, affatto privo dell'arte di condurre una casa religiosa a Vienna (sono le sue parole) (32), parole che io non avrei osato nemmeno riferirLe, se egli non le avesse confermate con altre autorità di gravissimo peso; con l'opinione universale, egli dice, di quei che conoscono gli affari della Congregazione, col giudizio stesso del P. Martino Stark, primo Rettore di quella casa della Congregazione a Vienna, e che dice essere tutt'uno di sentimento col P. Veith, col giudizio del Conte Welsersheimb, credo anche membro della Congregazione di credito a Vienna, dell'ottimo religioso ed illustre Professore all'Università di Vienna il P. Ackermann dell'ordine

(32) Ex epistula Rev.mi D.ni Schwoy: « Questo eccellente personaggio [Veith] soffre già da più anni una incredibile oppressione nel suo spirito nella Congregazione del B. Alfonso Liguori, perché il presente Vic. gen.le della medesima, il P. D. Gius. Passerat, uom peraltro piissimo, ottimo ed eccellente, ma francese, tiene dura mano sopra certe forme, che alle correnti circostanze non sono affatto adattabili, e con ciò impedisce lo sviluppo più patente dello spirito del B. Alfonso ed i migliori frutti della stessa Congregazione ancora ».

suo (33) e soprattutto col giudizio del P. Job (34), confessore dell'Imperatrice (35), uomo de' più pii e più illuminati di tutta la Germania. Non tace però i difetti del P. Veith, non credendolo del tutto innocente, anzi lo vede troppo sensibile sul punto della sua fama letteraria, troppo attaccato a quest'auramondana, ma infine ributta ogni cagione di disturbo sul buon P. Vicario, troppo attaccato a certe forme (non capisco che cosa intende dire con queste forme), forme, dice, che impediscono lo sviluppo di ogni bene e che, se fosse posseduto dallo spirito di mansuetudine del B. Alfonso, ci sarebbe stato facile cosa di porre rimedio a tutto (36).

Ecco dunque Molto Riv.do Padre le accuse. Ecco ancora le conseguenze perniciosissime in primo luogo per la persona così benemerita del P. Veith, che così scuoterebbe un giogo a cui per mezzo dei santi voti per tanti [anni] andava legato; cosa però che non può venire imputata alla Congregazione, essendo che in ogni corpo ci sono de' trafuggitori (37); perniciosissime alla religione in quelle parti, di cui era il P. Veith un non piccolo sostegno, e uscendo di Congregazione non perderebbe poco del suo credito, e tutto il bene che ha operato, sta operando e che opererebbe, andrebbe in rovina, e lo scandalo e nel clero e nel popolo e appresso gli acattolici non sarebbe piccolo. Danno finalmente grande per la Congregazione, per la grande aderenza che il P. Veith nonostante avrà sempre in Vienna per i suoi talenti ed essendo evidente agli uomini illuminati esser quasi tutto il torto dalla parte della Congregazione, e sarebbe d'altronde aprir la porta a chi sta malcontento del governo della Congregazione di là.

Perciò Mons. Schwoy prega Vostra Paternità molto R.da di voler seriamente considerare, se non fosse più opportuno in caso che si dovesse venire ad un passo estremo, di mettere alla testa della Congregazione un soggetto più gradito del P. Passerat a cui l'opinione è contraria, perché vorrebbe che per niun conto si desse affatto licenza dalla Congregazione al P. Veith. Che a simili presssure sia spinto il P. Schwoy in parte forse per affetto di amicizia può essere, ma che abbia egli lo zelo della religione e che ne cerchi unicamente il bene di essa, ne sono persuaso per la lunga pratica che ebbi con esso lui, onde credo essermi egli ben noto. Resta da esaminare, se non travede in un affare così delicato. Ecco però il giudizio di un uomo che non è capace di parzialità, il P. Job: « La fama letteraria del P. Veith gli

(33) Petrus Ackermann, Can. Reg. S. Augustini ex abbata («Stift») Klosterneuburg, prof. Veteris Testamenti in Univ. Vindobonae. - Cfr S. BRUNNER, *Clemens M. Hofbauer und seine Zeit*, Wien 1858, 143.

(34) E. HOSP, *Sebastian Franz Job. Ein Karitasapostel des Klemens Hofbauer-Kreises, 1767-1834*, Mödling 1952. - Cfr *Spic. hist.* 1 (1953) 276.

(35) Carolina Augusta e familia regia Bavariae (Wittelsbach), an. 1806 in uxorem data Francisco I Austriae imperatori.

(36) Scripsit Rev.mus D.nus Schwoy: « Intanto io credo che un superiore non deve soffocare lo spirito di sua Congregazione, cioè del suo Fondatore, con certe formule; egli deve aver presente il bene comune e per promuoverlo sempre più trovare i mezzi, in certe occasioni importanti ond'esimere il soggetto da queste forme, qualora esigono esse un'eccezione ».

(37) Transfughi, disertori.

ha fatto un po' girar la testa, ma il P. Vicario Passerat non possiede né il metodo né la necessaria discrezione per dirigere *qui* una casa religiosa » (38).

Il P. Schwoy, capendo il rincrescevole affare che mi addossa, mi domanda mille scuse; io però ho da chiederne forse ben altrimenti scusa alla Paternità Vostra di essere stato così facile a riferire. Ho sentito che nella vostra Congregazione ci sta chi capisce il tedesco, perciò Le mando la lettera stessa pregandoLa solamente di aver la compiacenza di respingerla dopo averla letta.

Perdoni Vostra Paternità l'ardire che mi presi, benché credo aver soddisfatto alla parte di semplicissimo relatore, non appartenendomi affatto di mischiarmi in affari altrui.

Ho l'onore di segnarmi

della Paternità Vostra Molto Riv.da

Divot.mo ed obbl.mo in X.to Servo
G^e M^a Ringelstein della Comp. di Gesù

Inscriptio a tergo:

Al Relig.mo e Riv.mo Padre

Il M.to Riv.do Padre Padrone col.mo

Girolamo [!] Cocle, Rettore Maggiore de' Liguorini

- b. - 1830 IV 16, Napoli. - Epistula Rev.mi P. Cocle ad Patrem Casparem Ringelstein SI. - Minuta (scripta a P.e Sabelli): AG X B 9. - Notatur in ALO 20 et in *Diario* Rev.mi Cocle p. 332.

Napoli, 16 Ap.le 1830

Veneratissimo Padre Ringelstein,

In giornata ho ricevuto la Sua sotto il dì 12 Marzo, o piuttosto Aprile, coll'acchiusa che Le restituisco di Mons. Schwoy e La ringrazio di tutto cuore dell'interesse che prende al benessere de' nostri in Vienna.

Vorrei sinceramente che si trattasse di certe forme meno interessanti. Quantunque per avviso di tutt'i Santi Fondatori e di tutt'i maestri di spirito la pratica costante di certe minute forme, che a prima vista sembrano di poco momento, esse non di meno conservano, se non formano, manifestano, se non costituiscono l'essenza della disciplina regolare, tuttavolta potrebbesi facilmente rimediare con discreta indulgenza. Ma se si trattasse di scuotere il soave giogo dell'ubbidienza, come si esprime il lodato Monsig. Schwoy, se si trattasse di fomentare la passione della gloria al di là de' giusti limiti sino a metter vertigini in testa di chi professa imitare il Crocifisso, come ne giudica l'ottimo Sig. Job? In questo caso non vedo quanto potesse giovare qualunque indulgenza.

Del resto non mancherò di scrivere analogamente a' presenti bisogni, e V.R. mi farà grazia d'insinuare a Monsig. Schwoy, affinché inducesse il P. Veith a scrivere direttamente a me tutt'i capi di doglianza che lo tengono

(38) Paulo inferius in epistula Rev.mi D.ni Schwoy additur: « Non potete figurarvi, quanto è difficile di dirigere qui una casa di ecclesiastici ».

disturbato (39). Così, dopo di aver intese ambedue le parti, potrei coll'aiuto di Dio dare le provvidenze opportune.

Raccomandandomi alle Sue orazioni, mi offro di tutto cuore a servirLa, e sono con piena stima

Di V. Riv.za

c. - 1830 V 21, Wien. - Ex epistula Rev.mi D. Francisci Xav. Schwoy CSA ad Patrem Casparem Ringelstein SI. - Pars epistulae in versione italica a P.e Sabelli confecta: AG B X 9. - Notatur in ALO 20.

Traduzione di un'altra lettera di Mons. Schwoy de' 21 Maggio 1830, scritta da Vienna al P. Ringelstein in Napoli.

[Traduzione] Verbale. Già avrete conosciuto dalle mie lettere al P. Pelagio, come è andata a finire l'affare del P. Veith, che tanto ci ha interessato. Mi pentirei di ogni parola perduta, se per questa via non avessi trovato un compenso nelle tante inopinate consolazioni.

Senza toccare la vostra carissima e per me molto interessante lettera, l'aggiunta del P. Cocle mi è stata trasporto di gioia e di sommo interesse. Da questa ho conosciuto un personaggio d'impareggiabil valore, che non avea mai veduto in Napoli, né saputo di lui cosa alcuna, quantunque egli con tanti vantaggi è molto ben noto a parecchie delle nostre dame ed agli stessi nostri domestici, perché confessore de' figlj del Re. Dalla mentovata sua lettera ho rilevato la di lui sapienza che lo dirige, e che l'abilità di spianare anche lo stesso Vesuvio. Ditegli che tutta la storia dell'apostasia del P. Veith non ha fatto mica quell'urto spaventevole contro la Congregazione che io formidava; che la medesima continua a risplendere a guisa di uno scoglio lucido ed inconcusso, perché fornita riccamente di uomini grandi e ben fondati nella dottrina e nelle virtù, sicché nell'apostasia del detto Padre ella trova per la sua vita interiore un lucro piuttosto che danno; che qui universalmente si sta sulle sane ragioni e non tanto facile si trova chi si appiglia a far parte degli spiriti eccentrici, ch'essendo sprovveduti della costanza di carattere vengono screditati presso di tutti, ciò che necessariamente arresta qualunque loro operazione e la mette in sospetto.

Io appassionatamente fui portato di consegnare al P. Veith tutte le due lettere, la vostra e quella del P. Rettore Maggiore, per punirlo con mano armata della sua falsità con cui ebbe l'ardire di manifestarmi il suo piacere, allora quando io gli offriva la mia prontezza nello scrivere al P. Rettore Maggiore a suo favore, mentr'egli avea già combinato tutte le circostanze di sua diserzione. Però il P. Madlener me l'ha dissuaso.

Questo P. Madlener era l'ottimo e più intimo amico del P. Veith (40), d'ingegno stupendo l'uno e l'altro, di modo che poteva dirigere le parole di

(39) P. Veith nunquam epistulam Rectori Maiori dedit. Nulla epistula eius in ALO enumeratur, nec ulla in AG conservatur.

(40) An. 1819 Veith et Madlener in ephemeridibus *Ölzweige* 12 « Epistulas duorum amicorum » ediderunt. Cfr. *Spic. hist.* 5 (1957) 372 ss.

S. Paolo al P. Veith: sei tu l'apostolo, io pure, e più ancora (41), perché egli fu che ha mostrato la via della salute al P. Veith (42). Eppure in questi ultimi tempi non vi fu chi avesse parlato peggio del P. Madlener quanto il P. Veith, sino a nominarlo *uomo vile, spirito debole*, col mostrargli tutta la sua avversione.

Io adesso non vado in cerca del P. Veith, quantunque egli è in città, ma si darà un'altra occasione, in cui io verserò questa bollente liscia (43) sopra la sua testa con l'aggiungervi anche della mia; voglio dire quelle due lettere che conservo appositamente.

Il Sig. Scutori, Uditore, che per questo affare non era meno interessato, è chiamato in Roma, dove si recherà nell'entrante settimana e prende queste mie lettere.

Non posso passare sotto silenzio con qual forza opera qui lo spirito di religione, che rilevo da un tratto inaspettato per altro. Mi trovai nella casa del Prof. Ackermann dove furono tre signore, l'ava, la madre e la figlia, a cui dissi che porto meco una lettera con la firma del P. Rettore Maggiore della Congregazione del SS.mo Redentore; tutte insistettero di vederla, ma con tanta premura che non ho potuto resisterle. Vedreste con qual riverenza e divozione cominciarono a baciare una per una quella firma; che fece altrettanto il P. Madlener non ho bisogno di dirvi, voi lo sapete; egli non finiva di consolarsi leggendo le proprie parole del suo Superiore.

[*Adduntur modo compendario aliae notitiae de diversis rebus, quae tamen ad Congregationem nostram non attinent; qua de causa eas non transscribimus*].

(41) Alluditur ad 2 Cor. XI 23.

(42) Mediante Madlener, Veith cognovit S. Clementem, uti ipse Veith testificatur in Proc. ord. Vindobon. beatificationis S. D. Clementis M. Hofbauer; *Mon. Hofb.* XI (1939) 30.

(43) *Liscia*: liscivia, ranno. - A. ALTAMURA, *Dizionario dialettale napoletano*, Napoli [1956], 136.

S T U D I A

RAYMUNDUS TELLERÍA

USUS TUNICAE TALARIS ET TONSURAE CLERICALIS APUD ECCLESIASTICOS IUXTA MENTEM S. ALFONSI

Postremis annis crebro agitata fuit atque interdum hodie resurgit quaestio de veste seu tunica talari ab ecclesiasticis induenda aut exuenda, quo celerius illi gressus suos adaequent rhythmico fulmineo aetatis nostrae atomicae. Insanum esset in controversiae palaestram vocare ignescentes agitadores, non semel progressissimi musto adeo pereffluentes, ut fere praeccludatur aditus cui-libet disceptationi, quin etiam dialogo amicali, in quo neuter praesupponatur constrictus eleganti supparo sive mirifico « clergyman » assumendo.

Prodiit sane recenter unus alterve tunicae ecclesiasticae historicus, ast ab initio suae dissertationis plus minusve obnubilatus necessitate demonstrandi thesim praeconceptam (1). Manet adhuc perarduum negotium texere historiam sive evolutionem habitus ecclesiastici quamdiu non praecesserint partiales indagaciones, quae illuminent argumenti singulos aspectus, pro adiunctis temporum, personarum et locorum, speciatim post decreta tridentina scopo nostro hodierno magis quadrantia.

His de causis mihi visum est satius adferre nunc in historiae campum nonnulla granula intra areas neapolitanas collecta, utpote quae ob vicinitatem cum Statu Pontificio supponuntur crevisse ac maturasse sub tegmine Sedis Apostolicae: aliis verbis, quandoquidem teste S. Alfonso in ecclesiasticos neapolitanos refundebantur usus romani atque Almae Urbis interpretationes, de his quoque debet edoctus fieri dialogista uberrimus.

Documenta ergo in medium proferre potius quam commentari satagam, ut per se ipse valeat lector dignoscere vestis talaris neapolitanam saeculo XVIII fortunam, quatenus reflexam in speculo S. Alfonsi: primo, diebus quibus ille accessit ad militiam ecclesiasticam; secundo, ex asceticis et moralibus scriptis zelantis missionarii; tertio, a notificationibus seu statutis episcopi Sanctagathensis; demum, e prammaticis regiis coaevis, sancientibus episcoporum edicta pro habitu traditionali retinendo. Cum habitu talari iungitur clericalis tonsura tanquam illius complementum ad mancipandos candidatos servitio Dei et christifidelium: inde per transennam apparent in documentis iussiones vel hortaciones ad missam ferventius celebrandam.

(1) Cfr R. ROUGUETTE, *Une centenaire: la soutane*, in *Etudes* 314 (1962 III) 32-48. Mens auctoris, licet videatur aliis nationibus aperta, coarctatur de facto gallicae genti.

I

*Usus tunicae et tonsurae
quo tempore S. Alfonsus propinquabat ad altare (1699-1725)*

Usum intelligo iuridicum, id est, normas vigentes quoad usum tunicae talaris et clericalis tonsurae a S. Alfonsi incunabilis usque ad suam militiae ecclesiasticae adscriptionem : ab initio nempe saeculi, quando a constitutionibus pontificiis atque ex decretis synodalibus promanarunt normae, quibus posthac Neapoli substare tenebantur quotquot, addicti castris Domini, honestam agendi rationem colere intendebant : sin autem huius cohortis milites corporativam vestem ac coronam capitis respuebant, inurebantur nigro lapillo infidelitatis statutis dioecesanis, libere libenterque susceptis.

Iam vero : in periodo quae labitur a pueritia S. Alfonsi usque ad eius insertionem coetui sacerdotali, vigit plene ac fructifere Concilium Provinciale convocatum ab Em.mo Iacobo Cantelmo atque celebratum in cathedrali ecclesia metropolitana anno 1699. Ex illius decretis nostra interest caput V «de vita et honestate clericorum», in quo enumerantur ac connotantur qualitates praecipuae, tam internae quam externae, quibus ornati incedere debebant clerici ut sese tanquam virtutum paradigma offerrent Christi fidelibus. Attamen eorum indumenta designantur nimis generice :

4. - Ut per decentiam habitus extrinseci, morum gravitatem intrinsecam ostendant, in clericorum vestibus gravitas ecclesiastico viro digna praeferat...

5. - Contra eos qui... exoticas vestes a clericali instituto abhorrentes gestaverint, canonicis poenis animadvertant Episcopi. An minores clerici mandata Tridentini non observent, diligenter inquirant; et adversus non observantes, ex litteris mandato Sanctissimi Domini nostri novissime emanatis, servatis servandis procedant ad declaratoriam, qua ex albo clericorum expungantur...

6. - Tonsuram conspicuam suo congruentem ordini omnes deferant : qui vero adscititium capillamentum gestaverit, praeter illius amissionem, poenam carceris formalis incurrat (2).

Innocentii XII litterae, ad quas alludit Concilium, datae erant die 4 iunii a card. Mariscotti, probante S. Pontifice, atque remis-

(2) *Concilium Provinciale Neapolitanum ab Emmo ac Rev.mo Dom. D. Iacobo card. Cantelmo ... celebratum an. 1699, Romae 1700, 113.*

sae cardinali archiepiscopo neapolitano, qui duxit esse muneris sui easdem Actis Concilii inserere: eo magis, quod S. Congregatio de Concilio per suum praefectum aperte confirmabat se praescriptiones suas mutuasse ex capitibus tridentinis (sess. 23) reformationem ordinandorum confoventibus, quanquam de facto in allegata tridentina sessione fit mentio incidentalis (cc. 6, 18) habitus clericalis, quem semper deferendum imponit universis ecclesiasticis caput sextum de reformatione, promulgatum in sessione decima quarta. Textus ergo italus citatae epistolae cardinalis Mariscotti sonabat: « Li promossi alla prima Tonsura e agl'Ordini Minori adempiano esattamente il debito che hanno di andare in abito e tonsura... sotto pena della privazione de' privilegi chiericali » (3).

His itaque S. Sedis probationibus confortatus tenuit Em.mus Cantelmi disciplinae ecclesiasticae habenas usque ad vitae suae exitum piissimum mense decembri an. 1702 (4). Illius successor Exc.mus Franciscus Pignatelli, archiepiscopus tarantinus atque Varsaviae nuntius apostolicus (5), vocatus fuit qui regeret sedem ac cleri mores iuvenili S. Alfonsi aetate: attamen, etsi sacra purpura (6) ex tunc ornatus, impeditus fuit a diuturno successionis hispanae bello quominus Neapolim ingrederetur ante annum 1707, allaturus promptum et efficax remedium abusibus iacturisque sedis practice vacantis (7). Idcirco non nisi post aliquos annos ac praemissa dioecesis visitatione admovit suis subditis correctionum calcaria, speciatim coetui ecclesiastico, cui unum post alterum intimavit edicta salutaria: ex quibus ad rem nostram optime confert edictum tempore sacrae visitationis subscriptum die 9 septembris an. 1721 super « l'onesto e costumato vivere di tutti i chierici »: in ipso, praeter alias minutissimas praescriptiones, iubetur clericis ferre

I. - ...veste chiericale negra, lunga e talare, foderata di colore onesto,

(3) Ibid., 265.

(4) Arch. Vat. Napoli, v. 131, an. 1702, ff., 572, 576, 577: ultima infirmitas ac serenus obitus « dopo due hore di notte » die 11 decembris. - Ibid., v. 132, f. 28: memoriale rectoris seminarii, quo redditur notum adsignatos fuisse 200 annuos ducatus a card. demortuo, ut alerentur sex alumni qui, sacerdotio aucti, inservirent totidem sex parocciis « casalium » dioecesis.

(5) Ibid., Napoli, v. 132, f. 181: die 13 februarii an. 1703. - Cfr etiam: Ibid., Spagna, v. 189, f. 192.

(6) Ibid., Napoli, v. 133, f. 825: die 25 decembris an. 1703: « Illuminazioni... che fece la Religione Teatina la settimana scorsa per la promotione alla Porpora di Mons. Pignatelli del suo Istituto ». Neapolitanus dux de Monteleone erat frater archiepiscopi.

(7) Ibid., Napoli, v. 137, f. 286: die 8 iunii an. 1707: « Mercordì passato... arrivò il card. Pignatelli, desiderato per quattr'anni ».

con la cinta e collaro decenti: e non fettucce e bottoni d'oro e di gemme ai polsi...

2. - [*Tonsuram ferre*] ...e non porti capelliere, volgarmente chiamate *perucchini*, senza speciale permissione..., né meno *zazzera*, *chioma* né capelli lunghi disdicevoli alla chierisia..., sotto pena di carcere ed altre a nostro arbitrio (8).

Postquam per se ipse promulgarat Em.mus Pignatelli an. 1721 edicta similia, suffusus est gaudio magno cum didicit novellum S. Pontificem Benedictum XIII confirmatum iri suprema sua auctoritate directionem sive «orientamento» in hac materia rigorosiorum. Enimvero insignis S. Dominici filius factus Christi Vicarius, pro consuetudine sua in gubernanda dioecesi beneventana ac tusculana, voluit etiam in romana instituere Synodum sive Concilium «in speciali nostra provincia, videlicet inter Capuanam et Pisanam», prout ipse sese exprimit in convocationis decreto, quo in Almam Urbem advocavit praedictae regionis episcopos necnon archiepiscopos suffraganeis carentes atque episcopos S. Sedi immediate subiectos ac denique abbates nullius dioecesis, iurisdictionem quasi episcopalem habentes: quorum omnium, acta finalia subscribentium, summa, additis 23 cardinalibus, attigit 118 Patres conciliares die 29 maii an. 1725.

Cuius Concilii titulus decimus sextus de vita et honestate clericorum, postquam in memoriam ipsis revocavit propriae vocationis dignitatem et officia, subdidit peramanter in Domino:

Quique insuper ignominiam saecularis habitus et comas capitum pro Christi amore deposuerunt, veste ac tonsura, clericis congruente semper utantur, comamque fictitiam, vulgo *Perucca* aut *Cerchietti*, nunquam adhibeant (9).

Ceteroquin in eodem capite expresse confirmabatur atque ad calcem Synodi apponi caeterisque dioecesibus extendi iubebatur Edictum, quo card. Vicarius Paulucci, votis S. Pontificis obsecundans, die 24 decembris coaptarat «14 punctis» totam rationem vitae externae ab ecclesiasticis gerendae, speciatim circa habitum

(8) *Synodus dioecesisana ab Em.mo D. Francisco card. Pignatello in metropolitana ecclesia neapolitana celebrata dominica Pentecostes...* an. 1726, Romae 1726, 268-272.

(9) *Concilium Romanum in sacrosancta Basilica Lateranensi celebratum anno universalis Jubilaei 1725 a SS.P.D.N. Benedicto Papa XIII, Romae 1725, 79.* - Quo melius intelligatur mens Benedicti XIII super hac materia, cfr *Prima Dioecesisana Synodus Sanctae Tusculanae Ecclesiae* ab Em.mo F. Vincentio M^a O. Pr. Episc^o Tusculano, card. Ursino, Romae 1704, 54: ubi subditur: «Neque putent fas eis esse *baculum* ad ornatum vel decorem gestare, cum id laicorum potius venustatem ac elegantiam prae se ferat quam ecclesiasticam gravitatem».

et tonsuram, quorum formam, tempus et adiuncta praestituebant normae concretae, quales sequentes :

1. - Che niun sacerdote, ò ordinato *in sacris*, ò cherico beneficiato... possa andare per la città, dalla levata del sole fino a mezz'ora di notte, con abito e veste corta; ma sia tenuto andare con abito lungo fino al collo del piede, detto volgarmente abito talare... : ed in oltre deve portare la cherica, ò sia corona ò tonsura chericale....

2. - Che niun sacerdote... porti zazzera ò capigliatura che copra la fronte e le orecchie, e molto meno usi perucca, sotto pena... di dieci scudi e di altrettanti giorni di carcere... (10).

Huius frenationis effectus salutaris erupit quoque Neapoli sine mora ob plures causas, quarum prima in eo est quod a primis Benedicti XIII tentaminibus orta est opinio publica plaudens rigorem, teste Rev.mo Nuntio ad card. Paulucci rescribente : « E' stata veramente santissima la risoluzione di Sua Santità di veder ridotti gli ecclesiastici a quella modestia e semplicità di vestire che più conviene allo spirito della perfetta loro vocazione, perché a dire il vero, tanto le mode degli abiti, che l'uso delle parrucche erano ormai qui cresciute ad un modo troppo indecente in quelli, che sono destinati al servizio di Dio » (11).

Eodem — anni 1724 — mense septembri ac praedicta declaratio Neapoli fiebat, ibidem per primam tonsuram S. Alfonsus militiae ecclesiasticae adscribebatur (12) et lubens subiacebat praescriptis dioecesanis circa clericorum mores privatos ac publicos : quae sane praescripta, si cui dubia aut obscura quoad vestes ferendas videbantur, illa renovare, augere et urgere properavit an. 1726 neapolitana Synodus, quae diebus 9-12 mensis iunii in metropolitana ecclesia, adstante valde probabiliter diacono S. Alfonso inter seminaristas diaconos pro initiali processione et missa solenni (13). Age sis : ut facile intelligitur, S. Synodus inter alia ecclesiasticae disciplinae cardinata fundamenta reposuit — in parte quarta Actorum — haec duo :

3. - Edicta nostra « de vita et honestate clericorum », praesertim secundum die 9 septembris publicatum, ac omnia et singula in eo praescripta ita in suo robore et vigore esse volumus, ac si in praesenti Decreto de verbo ad verbum, essent inserta.

(10) *Concilium Romanum*, I. cit., 348-349. - De evolutione caesariae ecclesiasticae ac de eiusdem compellationibus. Cfr MORONI, *Dizionario*, v. 51, Venezia 1851, 248 : art. *Parrucca*.

(11) Arch. Vat., Napoli, an. 1724, v. 168, f. 12.

(12) Cfr *Spic. hist.*, 10 (1962) 326.

(13) *Synodus...*, I. cit., IX, memorat quo pacto seminaristae interessent magnae processioni inaugurali et quanta sollemnitate ageretur missa « continuato cantu more hispanico ».

4. - ...Si quis autem in habitu laicali ausus fuerit incedere, pro prima vice ducatorum decem poenam dabit; contumacia vero poena carceris formalis et aliis arbitrio nostro punietur.

Nihil mirum quod Emmus card. Pignatelli rescripserit Benedicto XIII se, ad instar Concilii romani Lateranensis an. 1725, cuncta disposuisse atque in pace coronasse pro Christi grege ac pro eiusdem pastoribus sanctificandis, quin ab incepto et perfecto eum deterreret auctoritatis civilis insolentia (14). Minus etiam stupet quod S. Alfonsus, ad ianuam sacerdotii sui imbutus hac sana dignitatis suae traditione, eandem sequi, fovere ac tutari posthac perrexerit, temperate tamen atque conversis oculis ad vitae quotidianae congruentias.

II

*Usus tunicae talaris suadetur a S. Alfonso asceta,
urgetur autem a S. Alfonso moralista (1726-1762)*

Hanc legum superiorumque tendentiam genericam valuit in se ipso firmare S. Alfonsus ob suam a prima tonsura cooptationem Missionibus Apostolicis, de qua alias abunde scripsi (15), atque propter sua amicitiae ligamina cum piis operariis neapolitanis et cum membris duplicis sodalitates S. Mariae Puritatis ac P. is Pavone: quae siquidem clericalia sodalitia, tam singulorum statutis quam sociorum exemplo atque congressibus hebdomadariis, coope-
rabantur valide ad sacerdotum mores in Christo conformandos. Selectum Missionum Apostolicarum agmen recepit ac tenuit in aciem missionariam S. Alfonsum clericum ac sacerdotem usque ad Fundationem Instituti et ultra: at in sodalitates vexillo affixerant superiores hanc exemplarem fratrum effigiem, inde a tirocinio per novitiorum magistrum in candidatis plasmandam:

(14) Die 15 iunii eiusdem anni 1724 Emmus. Pignatelli de peracta Synodo edoctum reddidit Summum Pontificem, cui pariter remisit notitias a cano Giordano conflatas, iuxta quas, ante eundem canonicum, steterat « Commissio » municipalis sive, ut dicebatur, « degli Eletti » exostulans, ut sibi exhiberetur transumptum decretorum synodaliū prius quam ipsorum promulgatio fieret, ne quid detrimenti (*pregiudizio*) inde nasceretur iuribus civium: qui sane cives, in casu contrario, respuissent Synodi deliberationes. Arch. Vat., Cardinali, an. 1726, v. 89, ff. 1128-131. - Ad rem legatus florentinus: « Napoli 24 dic. 1726. questo Em^o Arc^o Pignatelli, avendo fatto segretamente stampare, ma colla data di Roma, il suo Sinodo Diocesano, che mesi addietro cagionò tanto rumore, già l'ha reso pubblico, con farlo vendere nella Curia Arc.le ». Arch. di Stato, Firenze, fondo Medici, v. 4137 (an. 1725-1726), Napoli, Lett. G.B. Cecconi.

(15) Cfr *Spic. hist.* 8 (1960) 393-452.

Operam adhibebunt, ut ii studiosi sint erga Regularum observantiam, vestibus ac tonsura statui clericali decentibus utantur... (pars. I, c. 7, n. 2).

Spiritualibus passim hominibus Paulus insinuat: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus*, quae simul ad externa diffluere debebit. *Oportet enim clericos vestes proprio congruentes ordini semper deferre; ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant* (Trid., sess. 14, c. 6: de ref.): adeo ut quae etiam de tonsura congruenti aliisque per sacros canones de clericorum honestate sanctissime constituta sunt, penitus observent. In vestibus itaque, quarum usibus egemus, laicarum ineptiarum studiositas est abigenda » (pars 3, c. 2, n. 1) (16).

Haud inferiore perfectionis anhelitu respirabant sodales presbyteri S. Mariae Puritatis eorumque, in schola ascetica et missionaria, ductores pii operarii neapolitani, ad quos accessit S. Alfonso per Rev.mum P. Thomam Falcoia. Sat est legere sodaliti « regulas communes », in quibus — praeter caetera statuta — densantur sociorum lineamenta spitualia, apostolica et vestiaria, sicuti an. 1708 rata habuerat Clemens XI cum brevi « Ad pastoralis dignitatis ». Intra eandem piorum operariorum familiam Ven. P. Ludovicus Sabatino an. 1716 inhiat suscitando *Il Clero Santo*, et an. 1721 sese devovet ad ipsum clerum enutriendum cum *Cibo Quotidiano*: in utroque libro vir iste, Dei caritate flagrans, stimulos ministris sacris adiecit, ut forma gregis devenientes atque exemplo, etiam externi habitus, praecedentes populum, pro ipso et coram ipso obirent propria quisque sanctificationis munia (17).

Huius luminaris reflexio attigit quodammodo S. Alfonso, quatenus prae discipulis P. Sabatino emicuit Rev.mus P. Falcoia, fortunatus heres non quidem bibliothecae Sabatinianae (18), sed illius animae prorsus sacerdotalis. Consequenter, delectus Rev.mus Falcoia qui consilio et directione adstaret S. Alfonso huiusque Instituto missionario, nihil pro congregatis — utpote religiosis — edicendum occurrit nisi eisdem adsignare vestitum honestis sacerdotibus convenientem. Attamen Rev.mus Falcoia firmavit in Alfonso voluntatem verbo calamoque exsequendi quidquid

(16) *Regulae ... Congregationis Apostolicarum Missionum sub patrocinio S. Mariae Apostolorum*, Neapoli 1777, pp. 45-46, 166-167. Haec editio typis mandata fuit, ut sodales morem gererent auctoritati civili; sed Regularum textus vigeat in congregatione ab anno 1689.

(17) L. SABATINO, *Il Clero Santo*, parte prima, Napoli 1716, 278-292. Excursus super tonsura et veste talari, quin auctor procedat ad obiurgationes et applicationes. - In alio opere *Cibo Quotidiano* (Montefiascone 1721) comprehendit brevi allusione (p. 279) hanc materiam.

(18) In testamento loquitur de « *Il Clero Santo* », sed suam bibliothecam neapolitanam cedit domui S. Georgii (praeter Summam S. Thomae donandam S. Mariae de' Monti), romanam vero S. Balbinae. Arch. di Stato, Napoli, Prot. Not., Palmieri Giac. Ant., an. 1724, f. 247-261.

magis proficuum existimaret ad Ecclesiae pastores interius exteriusque nobilitandos in Christo. Ad calamum quod attinet, eo intensius uti coepit S. Alfonsus post obitum sui moderatoris spiritualis Rev.mi Falcoia (1743).

Erraret tamen qui S. Alfonso quasi proprium atque exclusivum adiudicaret luctamen, tam asceticum quam morale, adversus excessus inverecundos habitus ecclesiastici: ipsius equidem vox extollitur audienda, sed nequaquam disiungenda a nobili traditionis contentu, cuius tubae sonorae — post S. Pontificem — aestimabantur zelantes missionarii aut synodi particulares. Ex primis in medium proferam P. Paulum Segneri iuniorem, S. Alfonso in hac quaestione antesignanum, qui illius saeculi initio porrexerat supremo Ecclesiae Pastori memoriale valde grave: ubi post alia sacerdotum menda subiungebat:

Il 2° è l'abito che usano li sacerdoti non differente da quello de' medici, dottori, procuratori e avvocati e altri secolari: tutti si fanno lecito vestire all'usanza e quel che è peggio non si vergognano portar calzoni di vario colore, calzette e scarpe d'altro colore che di nero (19).

Ex synodis dioecesanis unam sufficiat recolere Casertanam, celebratam mense maio an. 1745 fere sub oculos S. Alfonsi, qui in eo fuerat ut paucos ante annos intra dioecesim conderet sui Instituti foundationem. Synodus igitur, revidens suetum caput de vita et honestate clericorum, decernit socios moderationi rigorem:

Et primum, quod habitum clericorum spectat, hic unice esse deberet vestis talaris...: brevior tamen vestem attenta locorum qualitate toleramus, quae cum laicorum veste non conveniat. Sit haec simplex. Manicae extremitate ita sint contractae, ut albam, quae in sacrificio induitur, talari veste huic vel sine manicis apposita, commode excipere possint. Ante pectus connectatur, ut nihil interioris vestis, praesertim subuculae, appareat. Verum non sit ita brevis, ut saltem infra genua non demittatur. Omnino autem sive haec brevior vestis, sive tibialia, sive femoralia, et quaecumque interiores vestes sint coloris nigri... Quod statutum tali moderatione praescriptum, gravioribus poenis executioni demandandum curabimus (20).

(19) Arch. Vat., Albani, v. 3, f. 95: Notizia data a Sua Santità dal P. Segneri il Giovine sopra li mali che regnano ne' sacerdoti. - Beatissimo Padre. Il primo si è il gran numero de' sacerdoti... Il 3° più pericoloso degl'altri è la niuna esperienza che si ha da loro nelle cerimonie sacre. Oh, che deformità si vedono e delle peggiori in Roma, massime tra le fraterie: si strappano le funzioni sagre, si anticipano o posticipano li segni e le croci, si devora il canone, si abbreviano le orazioni... e solamente la rubrica conserva in ogni messale nuove le sue carte, perché mai si legge». Has lamentationes transcripsi, confendas cum S. Alfonsi querimoniis super eodem argumento.

(20) Synodus Casertana ab Ill.mo F.D. Hectore de Quadro celebrata in cathedrali ecclesia die 8 maii an. 1745 (Napoli 1746) 84.

Quibus praecognitis, possumus commodius effingere personarum locorumque adiuncta sive « ambientem », ubi S. Alfonsus proclero in hac materia decertavit tanquam magister asceseos et disciplinae moralis. Eodem anno 1745 synodi Casertanae, prolaturus ipse in lucem suas *Riflessioni utili ai Vescovi*, anteposuit urgentiores in suo libello circa seminarium et ordinandos, haud quidem immemor necessitatis praedocendi et praecingendi iuvenes in hoc vestium usu. Tunc vero, sacerdotes suos cuique Praesuli quasi digito commonstrans, effundit sese pius missionarius paginâ verè historicâ, utpote quae nobis vivide refert spectaculum sane illacrymandum illius aevi :

Bisogna poi ordinare per tutti gli ecclesiastici che almeno la mattina portino la veste talare, che non giuochino a giuochi proibiti, che non portino chiome. Oh che bel vedere fanno certi sacerdoti sugli altari colla ciamburga, che fa rotta sotto il camice e colla chioma lunga ed anche inanellata, sopra cui per apparecchio alla messa avran faticato tutta la mattina avanti lo specchio per fare i ricci col ferro infuocato, peggio delle donne più vane del secolo, e colla polvere di cipro talvolta sulla testa, che anderà cadendo poi sul corporale a tramischiarsi coi frammenti delle ostie sacre! Oh vituperio de' giorni nostri! A' Vescovi tocca di rimediare a questi scandali... (21).

Praetermissa alia S. Alfonsi opella, cui titulus *Regolamento per seminari* (an. 1757), ubi sciens suadet ipse praxim seminarii neapolitani induendi « ab ipso lecto » tunicam talarum, morari iuvat in opere S. Doctoris fundamentali ad ecclesiasticos in virtute et zelo redintegrandos, scilicet: « *Selva di materie predicabili ed istruttive per dare gli Esercizi ai preti* » (an. 1760): nihilominus post operis lectionem dices auctorem fuisse in hac materia benignum potius quam contra excessus irruentem, quippe qui viscosam vestis talaris quaestionem connectit cum argumento generaliore, cum obligatione nempe a sacerdote indivulsa praebendi cunctis, ubique ac semper bonum exemplum. Commentatus porro concilii Valentiae canonem, qui habitus, vultus et sermonis gravitatem sacerdotibus enixe commendat, zelans missionarius ita sese exprimit :

Si noti per 1° *habitus*: qual esempio di modestia posson dare quei sacerdoti, che, invece di andare colla veste talare e modesti, vanno colla veste corta, colla chioma incipriata, coi manichetti ai polsi, con occhielli d'oro alla ciamburga, con fibbie d'oro alle scarpe? (22).

(21) *Riflessioni utili ai Vescovi per la pratica di ben governare le loro chiese*, III: dei Sacerdoti.

(22) *Selva di materie predicabili ed istruttive per dare gli esercizi ai preti*, parte 2, Istruzione 2, n. 9.

Responsum lectori cessit sanctus noster patritius, qui in eodem opere, extollens mox utilitatem, pro viro ecclesiastico maximam, externae mortificationis, fere succenset contra coevos capillomentores, quos verbis potissimum sanctorum Patrum redarguit :

Qual giudizio pertanto faremo di coloro che Clemente alessandrino chiama *illiberales tonsos*, cioè che sono avari de' loro capelli, non permettendo che si taglino se non con gran parsimonia? Che vergogna, dice S. Cipriano, è il comparire un ecclesiastico colla chioma composta a somiglianza di donna!... Or qual concetto si farà d'un ecclesiastico che porta la chioma a moda di perrucchino? e taluno ancora coi capelli arricciati e forse anche imbiancati di polvere?.

Sed in S. Alfonso, praeter missionarium atque asceticum clericorum magistrum, comperimus disciplinae moralis doctorem, qui huic etiam materiae lumen practicum — utique casisticum — applicuit. *Adnotationes in Medullam* Busenbaum an. 1748 proferens, cum de statu clericorum intra operis librum IV tractavit, nihil aliud fecit quam respondere dubio quarto, mutuatus verba a citato iesuita westfaliano: attamen, cum mox in libro VI consideravit praecipuas clericorum actiones atque obligationes, aperte interrogavit an peccarent graviter qui habitum vel coronam clericalem non detulissent. Interrogationi tunc respondit discernendo casus et causas, sed fretus potissimum aliorum opinione.

Postea, succedentibus sibi ab ann. 1753-1755 diversis *Theologiae Moralis* editionibus, in eiusdem libro VI (cap. 2, de sacramento Ordinis) dicavit numerum 825 clerico habitum non deferenti, num. vero 826 tonsuram negligenti, num. denique 827 quaestionibus complementariis. Summa ergo conclusionum, quibus in praxi ille indulget, quia sive proprio iudicio sive propter opinionem alienam existimat easdem esse communiore aut probabiliore, sic breviter enuntiari potest :

1. - Clericus in minoribus constitutus, habitum non deferens, graviter peccare non censetur: quin etiam, communi eximitur ab ipsa obligatione induendi habitum, quando non recipit congrua bona ecclesiastica.

2. - Clericus beneficiatus vel in sacris constitutus, habitum exuens, peccat per se graviter, quia ex concilio tridentino patet ipsam non delationem habitus aestimandam esse parvipensionem honoris clericalis. Cum duplici tamen limitatione quoad culpabilitatem transgressoris: a) si id faciat ad breve tempus, nisi in hoc casu reus habitum dimitteret vel occultaret ut alios deciperet vel

ut libere per plateas ambularet vel ut aliquod malum committeret; b) si adsit aliqua iusta causa se occultandi, nempe ad vitandum periculum mortis vel damni gravis.

3. - Clericum non deferentem tonsuram sive coronam S. Alfonsus mitius — in praxi — reprehendit ac damnat, tum propter diversas scriptorum opiniones, tum « propter usum plurimorum adhuc Romae degentium ». Nec curiositate caret quod sanctus Doctor premit lectorem super differentia inter cororam et tonsuram, quam (ait ipse) doctores confundunt.

Pondus ergo auctoritatis suae adiunxit votis Ecclesiae circa grassantes abusus extirpandos aut saltem non gravescentes: cognomen etenim eximii missionarii apud clerum neapolitanum pollebat magni scientia et virtute, ideoque ipsius consilia, statim infulato lumine clariora, fere vim legis obtinuerunt decennio sequenti, prouti nunc videbimus.

III

Usus tunicae talaris atque tonsurae a S. Alfonso episcopo indicitur portanda, at temperanter, clero Sanctagathensi (1762-1775)

Il modesto filosofo non rivela il motivo che l'indusse a lasciare la casa liguorina adiacente al palazzo reale: probabilmente dovette sentirsi a disagio in mezzo a quei religiosi che lo consideravano come un avversario delle dot-

(27) *Ibid.*, XIII, 435-482.

(28) A. ROSMINI, *Epistolario ascetico*, Roma 1912, 341.

(29) Cfr G. FREDIANI, *Il santo di ferro: S. Antonio M. Gianelli*, Roma 1951, 207 ss. Ci permettiamo di notare qui che M. DE MEULEMEESTER, *Bibliographie*, I, Louvain 1933, 28 attribuisce erroneamente a Rosmini una biografia di sant'Alfonso, che avrebbe stampato nel 1848 a Milano. Il profilo di pp. 65 realmente uscito in quell'anno a Milano non è del filosofo ma di un Anonimo, che scrisse con l'intenzione di « restaurare la stima di sant'Alfonso abbassata dal Rosmini ». L'autore è un parroco di Bergamo che nella prefazione si firma: D.M.A. (Cfr *Opere edite ed inedite di A. Rosmini*, I, *Scritti autobiografici inediti*, Roma 1934-ediz. nazionale, Bibliografia degli scritti su Rosmini, p. 18, n. 117).

(30) A. ROSMINI, *Parere sulla definizione del dogma dell'Immacolata Concezione*, Lodi 1907 (Estratto della *Rivista Rosminiana*), p. 8: « Alla stessa opinione aderisce apertamente quel gran divoto di Maria S. Alfonso de' Liguori », ecc.

(31) A. ROSMINI, *Epistolario completo*, I, Casale 1887, 410-II.

trine del loro padre sant'Alfonso. Né esprime la minima recriminazione contro il libello stampato dal redentorista siciliano p. Stefano Spina: « Il paricidio attentato dall'ab. Rosmini, cioè la piaga mortale che alla Chiesa cattolica egli ha tentato di fare con l'opuscolo: *Le cinque piaghe della santa Chiesa*, Napoli 1849 » (pp. 48).

Rosmini in mezzo alla bufera scatenatasi contro restò saldo nell'attesa di giorni sereni. Come nelle fucine il fumo sovente si sovrappone alla fiamma, così capita nei dibattiti: le scintille della verità vengono sopraffatte dalle frasi virulente, scappate dalle penne poco caute o intransigenti.

In base ad analisi spassionate e parallele dei testi oggi possiamo concludere onestamente che le posizioni di Rosmini nella teologia morale siano sostanzialmente conformi a quelle di sant'Alfonso, com'egli ebbe a ripetere più volte con scarso risultato (32).

Un conoscitore acuto del filosofo roveretano il salesiano G. Mattai constatò con imparziale giudizio: « E' necessario notare che anch'egli partecipava del comune entusiasmo per S. Alfonso; pur sollevandogli contro degli appunti di notevole rilievo egli intendeva restare nella scia alfonsiana e pretendeva con vivacità a questo onore, affermando di non voler assolutamente dipartirsi dal fondo e dallo spirito della dottrina morale del santo vescovo. Benché il Rosmini rilevi in questa inesattezze ed anche contraddizioni, tuttavia non manca di indicare l'attenuante: Bene spesso S. Alfonso rivolge la sua parola ai confessori e non decide tanto quello che sia la cosa in sé, quanto quello che il confessore prudente può giudicarne, mediante quegli indizi che egli può averne. In altri termini Rosmini lamenta in S. Alfonso una certa carenza di « vis philosophica », che trova però il suo compenso nell'intuito pratico finissimo, potenziato dal lume della grazia e della santità, per cui nella pratica le decisioni alfonsiane risultano, anche secondo Rosmini, sempre feconde e sagge » (33).

La conclusione è equilibrata; scaturisce dalle opere e dall'epistolario, che abbiamo seguito quasi passo passo in questo sintetico saggio.

Bisogna comprendere i due colossi nel loro contesto. Parecchi di quelli che osarono entrare nel torneo polemico svoltosi nell'Ottocento, intorbidarono le acque invece di chiarirle; puntarono più sullo zelo personale che sulla ragione, per cui non apportarono contributi positivi. Essi diedero peso maggiore alle proprie vedute, giudicando con prevenzione quelle rosminiane. Per tal via diversi interventi nella questione riuscirono sterili dal lato scientifico; in essi si può, al più, encomiare la buona intenzione.

(32) G. CACCIATORE, *S. Alfonso e il giansenismo*, Firenze 1944, 393: « Ho citato appositamente Rosmini perché il Deman tiene ad opporlo a sant'Alfonso in termini che il grande roveretano avrebbe respinto sdegnosamente. Il Deman per altro non mostra di conoscerne più della mezza pagina citata dal Mondino. Per conto mio uno studio attento delle opere del Rosmini dovrebbe condurre a questa conclusione sorprendente: che il suo sistema è sostanzialmente identico a quello di sant'Alfonso. Le critiche, qualche volta vivaci, ma sempre rispettosissime, si potrebbero eliminare chiarendo qualche equivoco ».

(33) A. ROSMINI, *Trattato della coscienza morale*, a cura di G. Mattai, XXVI, Milano 1954 (ediz. nazionale), 32.

APPENDICE

Riportiamo i brani rosminiani che vennero severamente incriminati in modo che i lettori comprendano meglio le reazioni suscitate particolarmente a Roma.

Dal *Trattato della coscienza*, n. 567: « Che se il beato Alfonso va medicando e temperando, nell'alta sua saviezza, l'erroneità del principio [applicazione indiscriminata del *Lex dubia non obligat*] mediante molte eccezioni che vien qua e là introducendovi (...) trovo un acuto ingegno che prima di lui cercava di soggiogare al principio con sottile ragionamento anche i casi che andavano più refrattari. Parlo del p. Segneri: perocché la chiarezza del suo nome e la finezza del suo argomentare merita bene che noi ce ne occupiamo con sommo rispetto e diligenza ». (Vedi i nn. 568-80).

Nel citato *Trattato*, al n. 471, in nota rileva: « L'imparzialità (...) mi obbliga ad oppormi ad un personaggio verso cui professo la maggior devozione e il maggior affetto. Ma chi sottilmente risguarda, vedrà che se io mi oppongo a certe inesattezze logiche (...) non mi diparto però dal fondo e dallo spirito della sua dottrina. Perocché se la mente del grand'uomo [sant'Alfonso] errava talvolta ne' ragionamenti, gli veniva tosto in soccorso la sua santità grandissima, ed emendava e disdiceva l'errore che aveva commesso senz'accorgersi ». (Vedi pure i n. 556-59, 561-64, 620-23, 652, 654, ecc.).

S'incontra una copiosa bibliografia circa la controversia nella *Vita di Antonio Rosmini scritta da un sacerdote dell'Istituto della Carità riveduta e aggiornata dal prof. Guido Rossi*, II, Rovereto 1959, 65 ss.

RAYMUNDUS TELLERÍA

R.P. ISIDORUS ANTOÑANZAS,

primus ex Hispania sodalis Congregationis SS.mi Redemptoris

Cum nuper scriptores atque oratores illustrabant saeculum revolutum ab initio foundationis hispanicae (1863-1963), praememorare didicerunt quasi horae primae operarium Rev.dum P. Isidorum Antoñanzas, etsi e vivis extra patriam raptum quin, in ipsam feliciter redux, exercere posset inter nostrates ministeria salutis modo specifico ac normis definitis, quibus instructus mansit post suam in Italia septentrionali adscriptionem Instituto alfonsiano. Huius vexilliferi nomen haud semel allatum fuit tum olim (1), tum recentius (2) in publicationibus diversis, at fere semper per transennam evocatum.

Excursus noster hodiernus resumit folium necrologiae eidem post obitum dicatae, praemissis succinctis vestigationibus in illius oppido natali necnon in funeris loco: utriusque enim archiva nequeunt copiosis documentorum fascibus augere nostri herois staturam, necessario modestam, licet sub aspectu praecursoris conspicuam. Illuminare ergo satagam duas in illius curriculo phases potissimas: aliam, quae respicit P.is Antoñanzas patriam, natalia, vocationem ecclesiasticam, in bello civili participationem atque per diversas nationes exilium; aliam vero, quae afficit eiusdem vocationem alfonsianam, novitiatum, biennium apostolicum ac mortem heroicam in nostra Congregatione.

I. - *Rev.di P.is Antoñanzas patria, familia, curriculum ecclesiasticum, exilium.*
(1806-1843)

Cunabula seu natalitia novit P. Antoñanzas in Veteris Castellae civitate, cui inter latinos scriptores adiudicatum fuit nomen Calagurris Nasica. Tarracoenensi (*Tarragona*) regioni a romanis addicta, semel atque iterum in eorum pugnis civilibus aut militaribus comparet (3), et quidem interdum patiens adeo incredibiles obsidionis horrores, ut fames calagurritana in proverbium

(1) *Annales Provinciae Hispanicae*, I, Matrivi 1925, 15. - R. TELLERÍA, *Un Instituto Misionero*, Madrid 1932, 234.

(2) D. DE FELIPE, *Fundación de los Redentoristas en España*, Madrid 1965- 8-9. - *Spic. hist.* 13 (1965) 293.

(3) I. CAESAR, *De Bello Civili*, I, 60: « Iterum Oscenses et Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum [Caesarem] legatos seseque imperata facturos pollicentur ».

transiret apud gentes (4). Clivus namque oppidi, naturâ rivoque Cidacos ac moeniis potenter munitus, propugnaculo erat flumini Ibero haud procul vado necnon finitimis Vasconum possessionibus. Idcirco a curriculo vitae P. is Antoñanza seiungi pariter nequit anxia praeliorum memoria.

Enimvero, vix dum ille in lucem editus die 4 mensis aprilis an. 1806 (Doc. I), a teneris unguiculis discrevit sonitum armorum, contra Napoleonem furentium ubique post biennium. Provincia siquidem, seu melius geographica regio nuncupata « La Rioja », cuius cardo militaris censebatur Calagurris, suppeditavit cohortes plurimas atque spontaneas ad expellendum ex patriis finibus exercitum gallici imperatoris. Familia P. is Antoñanzas fuisse videtur et genere et opibus sat clara, utpote praestans inter loci agricolas coaevos: unico filio Isidoro aucta conspicitur, saltem in Regesto urbano an. 1821, in quo filius iste quindicennis morans domi cum genitoribus adducitur (Doc. II).

Hucusque silent fontes archivi (5) super adolescentis nostri studiis civilibus et ecclesiasticis ac super eiusdem vocatione ad Christi militiam. Urbs Calagurris gloriabatur meritoque exultat ex eo quod fuerit patria M. Fabii Quintiliani, « per viginti annos erudiendis iuvenibus » (ut ipse ait) addicti ideoque gerentis cathedram oratoriae institutionis inter romanos (6). Unde illius nomine ac praesidio perstiterunt semper in honore apud calagurritanos litterae humaniores, etiamsi primis saeculi XIX decenniis subiacerent deteriori rythmo culturae generalis.

Ex opposito avita fides catholica, quae a saeculo V episcopalem sedem Calagurri instituerat et quae confovebatur sacris reliquiis SS. martyrum Hemetherii ac Caeledonii, perrexit florere, immo ardentem sese foras expromere adversus quoslibet hostes. Hinc factum est ut an. 1833, demortuo rege Ferdinando VII atque ineunte bello civili inter illius fratrem D. Carolum et defuncti regis viduam D. Christinam, conclamatum est ad arma sub specie potissima religionis defendendae. Enimvero D. Caroli asseclae adfixerant labaro bellico trinomium « Deus, Patria, Rex » quasi tesseram fideiussoriam divini beneplaciti, dum adversarios despiciebant liberalismo infectos et traditionibus christianis minus faventes.

Ex nationis regionibus, quae pro D. Carolo ad thronum evehendo dimicare statuerunt, tenuit ab initio optimas partes « La Rioja » eiusque historicum caput Calagurris: unde nihil mirum quod Antoñanzas noster, ab uno alterove anno factus sacerdos, adhaeserit regio candidato catholico atque inter eiusdem militias, praeliandi ac precandi animo decoras, obierit munia cappellani. Et quidem per plures annos, ni fallimur: scilicet usque ad cruentissimi nationalis fratricidii terminum, signatum an. 1839 in oppido Vergara ideoque nuncupatum « amplexus Vergarensis » (*abrazo de Vergara*): quem tamen

(4) IUVENALIS, *Sat.*, XV, 108.

(5) Archivum Curiae calagurritanae adire nequivi propter absentiam archivistaе feriarum tempore: postmodum per epistolas conatus sum reperire notitias, si quae sint in archivo, de studiis ecclesiasticis ac sacris ordinibus nostri herois, sed hucusque frustra quaesivi.

(6) Etiam M. Val. Martialis, Bilbuli in Celtiberia natus, nuncupari consuevit calagurritanus alumnus.

quasi proditoriam pacis simulationem reiecerunt « carlistae » non pauci, sive duces, sive milites, quibus visum est honorabilius cum D. Carolo in exilium abire ac per Europam oberrare quam intra Hispaniam collum dare iugo « liberalium » (7).

Huic strenuo heroum agmini in Galliam proficiscenti miscuit se cappellanus D. Isidorus Antoñanzas, quem Relatio infra citanda (Doc. IV) nobis commonstrat accedentem primo ad urbem Baionam (*Bayonne*), deinde ad Massiliam (*Marseille*), utramque in regionibus meridionalibus, quae devictis centuriis « carlistis » perfugium obtulerunt: saltem ad tempus et dum stipem e domo portatam spargere extorres valuerunt. Mox suam quisque exul viam capessivit: unde comperimus D. Isidorum solum vel cum amicis superstitionibus incolentem plures successive civitates: Friburgum in Helvetia, Salzburgum, Innsbruck atque Bolzanum in Austria: de quibus nos docet Relatio visitationem aut commorationem nostri cappellani huiusque probationem ab auctoritate ecclesiastica ratam.

Inter eiusmodi peregrinationes D. Isidorus Friburgi Helvetiorum factus est obuius Patribus Redemptoristis, quorum Fundator S. Alfonsus in ore omnium versabatur propter recentem canonizationem ac consequenter exaceruat publicam attentionem circa illius Institutum missionarium. Nihilominus ignoramus quibus humanis instrumentis usa fuerit Providentia ad vocationem D. Isidori suscitandam et convehendam versus novitiatum, in ducatu Mutinensi (*Modena*) a Patribus austriacis adumbratum. Unum scimus: quod Ven. P. Iosephus Passerat, Vicarius Generalis Transalpinus et Vindobonae degens, cui de candidato hispano transmissae erant informationes, easdem libenter excepit et libentius admisit tironem ad Christi Redemptoris scholam alfonsianam experiendam.

2. - *Adumbratur historia domus Finariensis (Finale), ubi postmodum vixit ac mortuus est P. Antoñanzas.*

Factum per se insuetum iubendi quod candidatus D. Isidorus Antoñanzas sese transferret ex Helvetia in italium Mutinae (*Modena*) Ducatum, indiget quodam historiae praenotamine, quo sub oculos anteponantur, tum adiuncta regionis politica, tum coaeva Congregationis alfonsianae diffusio: ex utroque fonte atque ex mitiore caeli temperie manarat opportunitas translationis tironis hispani in Novitiatum Finariensem (8).

(7) Eximius archivista calagurritanus D. Petrus Gutiérrez, peractis investigationibus apud municipii archivum, mihi rescribit die 11 aprilis an. 1966: « Los verdaderos calagurritanos, y buenos españoles, por ser defensores del lema Dios, Patria y Rey fueron muy perseguidos y castigados, pues a gran parte del Cabildo Catedral, del Ayuntamiento y de seglares los encarcelaron en Logroño. El Sr. Obispo tuvo que huir, y a las familias de los seglares partidarios las obligaban, entre otras cosas, a pagar una onza de oro todos los meses... Los jóvenes tuvieron que huir, y entre ellos el joven Antoñanzas, aunque expresamente no se particulariza en los documentos ».

(8) Prae aliis documentis praesto mihi fuerunt: 1. AG XXII R 10: Registro Cronologico per servire alla Storia delle Case di Modena e Finale (1835-1866). - 2. AG XXII 9b: Collegio del Finale di Modena. Notizie Storiche dalla fondazione di questo Collegio sin'alla

Ad adiuncta politica quod attinet, instaurata an. 1814 pace europaea post Napoleonis dilapsam, insedit denuo Mutinae familia ducalis Estensis subductu piissimi D. Francisci IV, qui principatum suum fulturus contra plebem, subinde iugo auctoritatis infensam, advocavit penes se milites alienigenas ex imperio austriaco conscribendos: quibus ope spirituali alendis ac reficiendis, cum egeret cappellanorum servitio, Franciscus IV ex consilio fratris sui archiducis Maximiliani deliberavit eosdem exquirere ab Instituto alfonsiano: attamen si talis fuit prima illius recondita intentio (9), de facto atque externe se declaravit ab initio, id est, ab anno 1828 contentum unico cappellano germanico, relicta Rectori Maiori neapolitano libertate deligendi duodecim Congregationis alumnos, quibus cedere decreverat aedes sacras Finarii « disponibiles ».

Non est cur immoremur in exponendis negotiationibus, quae spatio quinque saltem annorum (1828-1833) frustra initae et continuatae sunt cum Rectore Maiore, de quibus prostant epistolae, iam pridem diligenter a P. Sampers editae (10). In cassum ergo abeunte ducis Mutinensis postulatione apud sodales neapolitanos, datum est transalpinis illam libere subscribere ac tandem felici exitu complere. Hunc in finem, suadente Rev.mo P. Passerat, die 2 martii an. 1835 advenerunt Mutinam PP. Franciscus Doll et Adamus Mangold cum Fr. Antonio Grillmayer, quibus in Domino allectandis cessit princeps Mutinensis hospitium S. Margaritae atque adnexum sacellum «germanicum» (11), utrumque prope ducale palatium.

Nihilosecius, paucis post diebus, ipse dux sibi constans atque alienus a politicis speculationibus aperuit genuinam suam mentem, scilicet propositum adsignandi advenis missionariis eorumque italis successoribus conventum sat amplum, claustralibus hospitibus multo pridem orbatum, in oppido Finarii intra Ducatus limites situm. Finarium porro sive *Finale Emilia*, 40 circiter kms a Mutina distans et 5.000 incolis castrum tunc conspicuum, signabat finem inter ditionem mutinensem ac legationem ferrariensem, ab an. 1598 a S. Sede constitutam: attamen, lapsu praecedentium saeculorum, sub familia Estensi obvenerat arci seu castello Finarii pondus invigilandi hostium machinationibus eisque sese opponendi, prouti hodieque testificantur de ducibus Finariensibus lapideae inscriptiones, quae eorum facinora extollunt in frontispitio arcis turratae (*La Rocca*) (12).

fine del 1938. - 3. AG XXII R 11: Elenco dei soggetti successivamente assegnati a questo Collegio di Finale (1836-1859). - 4. AG XXII R 2: Praecepta et mandata Superiorum Majorum (1838-1859). Finale.

(9) Cfr *Litt. Annales Prov. Romanae*, Romae 1914, 11.

(10) Cfr. *Spic. hist.* 4 (1956) 72-81.

(11) « Germanicum » dicimus quatenus legimus in *Registro Cronologico*, f. 9: « I nostri PP. cominciarono i suoi lavori apostolici fra i tedeschi a Modena, predicando per la prima volta nella Cappella Reale di S. Margherita nel giorno 19 marzo festa di S. Giuseppe ». Sacellum est hodie sedes officinae typographicae, quae visitanti praebet tecti fornices, respondentes aedificio olim sacro.

(12) Ecce inscriptio ibidem posita tempore Ecclesiae minus propitio: « Carlo contestabile Borbone / Alfonso I d'Este / Con altri capitani per Carlo V / segretamente accordaronsi nel castello di Finale / sulle cose della guerra che finì colla presa di Roma maggio 1527 ».

Haud procul ab arce et moeniis incepit, versus an. 1625, aedificatio conventus cum attigua ecclesia sub impulsione PP. Conventualium: qui, etsi intervallo centum et amplius annorum emicuerunt viris eximiis (13) eosque halitu franciscano stimularunt ut sese Christi fidelibus devoverent, nihilominus an. 1768 a duce Mutinae — inter gravescentes iesuitarum procellas — suppressi sunt. Exinde, alternante occupationis vel deiectionis vicissitudine, aedificium venit adscitum scholis publicis agendis, donec praefato anno 1835 transmissum fuit a duce D. Francisco IV in dominium PP. Redemptoristarum, Mutinae advenarum, qui peractis domi atque in ecclesia restorationibus necessariis inchoarunt die 2 augusti an. 1836 vitam plene religiosam atque apostolicam secundum Instituti regulas et traditiones, plaudente universo populo eiusque Duce mutinensi congaudente.

Finarienses annales ex tunc usque ad annum 1843 attentionem nostram, licet cursim, praeexigunt quia, fluente hoc primo foundationis lustro cum dimitio, intra monasterium convergunt consodales austriaci, lusitani ac neapolitani eorumque apostolicae experientiae in unum coeunt sub praesidio S. Alfonsi, interim an. 1839 albo caelicolarum adscripti. Porro manipulus istemissionarius valde gavisus est, postmodum, ex accessione P. is Antoñanzas, secum ferentis novam tesseram internationalem atque pie somniantis se in patriam longinquam retransmissurum ligurianae familiae germina, quae sedulo decerpisset apud confratres Finarienses.

Ex his praememorare opus est austriaci imperii sodales, ex quibus — ante quam D. Isidorus Antoñanzas fuisset obvius — advenerunt Finarium PP. Adalbertus Drick (1835), Matthaëus Walleczek (1836), Franciscus Weidlich (1836), Bartholomaeus Pajalich (1839) et Gasparus Stengl (1842), praeter quosdam Fratres coadiutores. Ut par erat, consodales isti ac duo Fundatores domus mutinensis supra indicati PP. Doll et Mangold, in vicem mox collegio Finariensi praepositi, retinuerunt auctoritatis habenas et cum Vicario Generali Transalpino dependentiae legamina, quin benevolas aures aures praeberent Rev. mo P. Ioann. Camillo Ripoli, novo Rectori Maiori, tardius cupienti adsciscere fundationes ducatus Mutinensis suo immediato sceptro.

Hisce domibus ac postmodum caeteris lombardis atque romanis operum suam valde pretiosam contulerunt quattuor vel quinque sodales eximii, ex Lusitania (*Portogallo*) parum pridem alacriter profugi, utpote qui depulsis ex Ulyssipone an. 1833 PP. Redemptoristis austriacis maluerunt illi in vocatione, etiam per exilium, constantes manere quam in patria novam vivendi rationem tentare. Ad tempus igitur refugium invenerunt Trudonopoli (*Saint-Trond*, in Belgio) et Wittemii (*Wittem* in Hollandia) apud confratres foundationum recentium (14): unde iubente Vicario Generali Transalpino translati sunt in calidiorum Finarii planitiem, probe illo sciente quod apud italas gentes aptari melius possent ministeriis in futuro obeundis: in spem quoque erecti

(13) Ex ipsis, inscriptione celebratur supra ecclesiae ianuam « P. Bonaventura de Onuphriis Finalensis... huius conventus Fundator... obiit die 21 ian. 1678, aetatis suae ann. 85 ».

(14) Cfr *Digesta Chronica Collegiorum SS. Red. Provinciae Belgicae*, III, Trudonopolis, (sine anno) 7-II. - *Spic. hist.* 13 (1965) 287-288.

posthinc salutandi diem promissionis, id est, restaurationis Instituti alfonsiani ad oceanicas Tagi ripas, non secus ac inter ipsos P. Antofianzas in somnis praespiciet Iberi sui oram liguorianis virgultis frondentem.

Ex lusitanis prior aetate ac dignitate incessit P. Franciscus Xav. de Menezes, prope Goa in India orientali ortus, professione ac sacerdotio auctus Ulyssipone apud redemptoristas, exul in Belgio atque in Hollandia: unde Mutinam ingressus est die 20 septembris an. 1835, deinde Romam die 9 februarii an. 1836 petiturus necnon Nuceriam Paganorum aditurus, quo melius consuleret valetudini nimbo septentrionali caelo quassae (15). Cum illo Mutinae comparuit minorista Iosephus M. Marcus d'Oliveira Valle, natu ulyssiponensis, qui Trudonopoli magistro P.e Bernardo incubuerat studio theologiae: sacerdotali honore Mutinae insignitus die 28 maii an. 1836, devenit protinus verbo, calamo atque exemplo membrum valde efficax totius compagine alfonsianae (16). Praetermisso candidato Sebastiano Díaz ex Algarve oriundo (17), connotantur duo clerici Ioannes Silva et Iosephus Azevedo: ambo, primum Trudonopoli humanioribus litteris et philosophiae, deinde (a mense ianuario an. 1836) Wittemii philosophiae studuerunt, donec Finarium salutarunt die 17 octobris an. 1837: inde coronatis studiis ecclesiasticis sub magisterio P.is Valle, ascenderunt Mutinae die 22 iulii an. 1838 ad sacerdotii fastigium: ita ut ut P. Silva Finarii litaret primâ eucharisticâ hostiâ die 2 augusti pro B. Alfonsi solemniss.

Finariensi familiae complementum opportunum, saltem ad tempus, praestiterunt diversi neapolitani consodales, quorum optata praesentia atque in missionibus experientia magni aestimabantur ad inserendas Fundatoris traditiones cohorti transalpinae. Primi advenientes compellabantur PP. Ignatius Sortino, Emmanuel Baldari et Vincentius La Notte, qui ad Finarium accedentes die 22 aprilis an. 1837, ibidem sequenti hebdomada coeperunt missionem popularem plane alfonsianam, quae usque ad diem 25 maii protracta est: eo quidem eloquentiae naturalis ac gratiae supernaturalis triumpho, quem fideliter atque abunde extulerunt relationes coevae, privatae ac publicae, decem abhinc annos in *Spicilegio* editae et valde solerter a PP. Löw et Sampers adnotatae (18). Stat adhuc Finarii et nuper venerari potuimus singulare illius misionis monumentum, cui nomen « Calvario », absque dubio reputandum tamquam symbolum permanens ac perenne apostolatus specificè alfonsiani (19): quin etiam, tamquam compendium et culmen intervalli centum annorum, quod ligat « calvarium » hoc Finariense et « calvarium » Villae Liberi (1734), utrumque quintuplici cruce exornatum.

(15) Cfr *Spic. hist.* 4 (1956) 47, nota 16.

(16) Cfr *Spic. hist.* 13 (1965) 251, nota 6.

(17) Cfr *Spic. hist.* 4 (1956) 48, nota 21.

(18) *Ibid.* 44-67.

(19) Hodiernum « calvarium » in loco exstans est illud ipsum, de quo mentio fit ac descriptio in foliis (p. 63-64) praecitatis. Marmoreus lapis praeconatur: « A perpetua memoria della Missione / fatta nel 1837 dai PP. Redentoristi / Questa cappella in simbolo del Calvario / I divoti Finalesi innalzarono ». - Sub arcu, classicis columnis ad utrumque latus surrecto, lignum crucis quintuplex colitur, sacrae Passionis instrumentis ornatum, lampada olim lucente illuminatum.

In comperto manet spiritualem victoriam tanto ardore partam et conclamata suscitasse inter cives Finarienses ac penes consodales austriacos et lusitanos intensiorem adhaesionem B. Alfonso, missionum renovatori ac praeconi. Beatus equidem Fundator ab initio possedit in ecclesia Finarii cappellam sibi propriam cum effigie apprime depicta, visitanti iucundissima usque ad hodiernos dies (20). Causa canonizationis, ab anno 1830 quoad substantiam absoluta, coronamen publicum obtinuit die 26 maii an. 1839 per proclamationem solemnem novi Sancti, cui in altari Finariensi preces suas porrexerunt Instituti proceres: Rev.mus P. Caelestinus M. Cocle, archiepiscopus titularis Patrensis (21), PP. Passerat, De Held, Madlener. Sub finem eiusdem anni et mensibus sequentibus usque ad februarium an. 1841 comparent Finarii nonnulli Patres neapolitani, — Santulli, Feola, Centore, De Conciliis —, quibus rector maior Rev.mus P. Ioann. C. Ripoli commisisset regendam domum Finariensem, nisi quod Apostolica Sedes die 2 iulii an. 1841 edidit decretum, a P. Smetana die 11 augusti communitati exhibitum (22), quo creatis sex Instituti provinciis, ad austriacam pertinere sanciebatur — praeter alias octo domos — utraque domus « Finarii et Mutinae in Ducatu Mutinensi » (23).

Hic rerum personarumque status hucusque praemissus conferet protinus opem ad melius capiendam biennalem P.is Antoñanzas commorationem in domo Finariensi.

3. - *P.is Antoñanzas vita religiosa et mors heroica in conventu Finariensi* (1843-1845)

Intra hunc circulum geographicum, religiosum et claustralem oppidi Finarii egit P. Antoñanzas ultimum vitae suae biennium. Absque dubio pressus exilii necessitatibus dederat unam alteramve linguam eo saltem gradu, quo virum ecclesiasticum decebat. Nihilosecius adveniens Mutinam initio mensis aprilis an. 1843 sermocinari valuit linguâ ibericâ cum P. Valle eoque comite Finarium petere die 7 eiusdem mensis sub vesperum, feria sexta post dominicam Passionis. Chronista localis sublineat speciali benevolentia illius adventum ac admissionem in Novitiatu a Vicario Generali ratam.

Initium effectivum periodo probationis habuit candidatus die prima mensis maii, cum indutus est veste alfonsiana a P. Bartholomaeo Pajalich, domus rectore (Doc. III). Dici nequit quod solus calcaverit ambulatoria Novitiatus.

(20) Linteum depictum (circiter 2 m. × 1,30 m.) exhibet sanctum Episcopum ac Fundatorem forma satis sueta: tenentem manu sinistra crucifici imaginem, nixum reclinatorio, rosarii grana volventem manu dextra.

(21) De hac visitatione scribit: « Aprile, 25. Incirca alle ore 4 pomeridiane si presentò qui alla nostra insaputa Monsignore Cocle, altra volta Rettore Maggiore della nostra Congregazione... Da Bologna venne espressamente a visitarci... Non si può descrivere la paterna cordialità con cui ci ha trattato. Alle 6 ore della mattina di 26 celebrò la messa bassa nell'altare del nostro B. Alfonso, assistito dal nostro P. Valle. Dopo le ore 7 della stessa mattina partì per Modena ». *Registro Cronologico*, f. 38.

(22) Ibidem, f. 70: « Portava il decreto della Santa Sede che terminava i nostri affari ».

(23) Cfr textum apud: *Acta Integra Capitulorum Generalium*, Romae 1899, 301-303.

Praeter novitios coadiutores, citantur ex choristis: Titus Grossi finariensis, Antonius Savorin patavinus, Antonius Teichmann slesianus, Wenceslaus Haklik bohemus: postremus iste candidatus videbatur quodammodo singularis, utpote doctor, professor, viduus, sacerdos, cum filio Aloysio quattuordicenni, serius professo in Instituto (24). Novitiorum magistrum agebat P. Adalbertus Drick, iam fere veteranus in Ducatu Mutinensi (25).

Coniectare licet quod magister hic adaequarat suum instructionis et exercitationum programma tum normis spiritualitatis plus minusve communibus apud novitiatus religiosorum, tum propriis Instituti alfonsiani traditionibus, quatenus hae ultimae fuerant insertae ramo illius transalpino. Sic v.gr. quoniam primi Congregationis novitii, ductore S. Alfonso, haud renuebant in Villa Liberi conciunculas catecheticas publice proferre, comperimus Finarii doctorem novitium Haklik verba in publico interdum facientem « propter concionatorum penuriam », animadvertit chronista. Ex opposito Antoñanzas noster vix semel iterumque obvius venit ornatus dalmatica vel cappa magna.

Transactis sex mensibus, die 31 octobris eiusdem anni 1843, duo novitii sacerdotes Antoñanzas et Haklik accesserunt ad professionem religiosam emittendam inter manus P. Pajalich (Doc. III). Ex tunc neoprofessus P. Antoñanzas vixit usque ad mortem sub dulci influxu ac cum sincera amicitia huius viri religiosi inter coaevos praestantissimi (26). Enimvero P. Bartholomaeus Pajalich, quem omnes uno ore « virum sanctissimum » dixerunt, exhibere poterat locuples vitae curriculum. Natus an. 1791 Bescae in Veglia, prope Istriam (27), sacerdotio ornatus an. 1814 iuxta ritum illyricum, studia ampliandi causa se contulit Vindobonam, ubi admiratione ac veneratione correptus erga S. Clementem M. Hofbauer, se totum tradidit dirigendum illi, quem an. 1821 morientem filialiter iuivit. Congregationem ingressus curavit per decennium Vindobonae nostros studiosos iuvenes spiritu Instituti imbueri, atque animabus cunctis prodesse, donec an. 1833 novo collegio Marburgi erecto praefectus est. Elapso sexennio descendit in Italiam, quam — exceptis bienniis 1848-1850 et 1860-1861 — incolere et sanctificare perrexit usque ad ipsius obitum, an. 1863 laetificatum « visione » S. Clementis M. Hofbauer (28).

Praeunte ergo P. is Antoñanzas necrologia, a P. Pajalich exarata, atque revisis chronicorum Finarensium indicationibus fas est confratris hispani biennium paululum texere. Si exordimur a sodalium numero, hunc conflatum

(24) Iuniorae aetate decessit e vita die 3 octobris an. 1846 quin ad sacerdotium conscenderet. De illius pio obitu prostat Relatio a P. Leopoldo Stix exarata. AG XXII R 12b.

(25) Super illo, cfr *Spic. hist.* 4 (1956) 57, nota 37.

(26) Minus recte *Annales Prov. Hispanicae*, I, 15 adserunt: « Quo tempore ad oblationem admissus fuit P. Antoñanzas, domus Finariensis gubernacula regebat Adm. R.P. Silva lusitanus ». Profecto a die 17 aprilis an. 1842 usque ad 20 decembris an. 1845 domus clavum tenuit P. Pajalich, cui successit P. Silva.

(27) Cfr *Villa Caserta*, Romae 1905, 52, 59, 63, 85-86. - *Spic. hist.* 2 (1954) 264 n. 122.

(28) Ecce connotatio primigenia Chronicorum: « Aprile 3. - Oggi Venerdì Santo, verso le dieci della mattina, mentre nelle chiese si cantava la Passione di G. C., felicemente spirò l'anima sua tra le braccia del Divin Redentore il carissimo Padre nostro Pajalich, Consultore Generale... Al P. Marchi dichiarò così: E' venuto il P. Hofbauer e m'a detto: Requiem aeternam ». *Cronaca della Casa Generalizia*, I (1855-1899) ff. 56-57.

discimus sex professis sacerdotibus linguae germanicae, tribus lusitanis, tribus quattuorve studentibus ac totidem novitiis, quattuor vel quinque fratribus coadiutoribus. Intelligimus summam « mediam », quae variationibus subiavit, praesertim postquam in secundo semestri an. 1843 intra Mutinae Ducatum inaugurata fuit Monticuli (*Montecchio*) tertia domus alfonsiana, cui ab initio contulerunt operam suam lusitani PP. Valle (29) et Silva, idcirco ex tunc avulsi a cohabitatione cum P. Antoñanzas, etsi perstabat occasionarium amicitiae commercium inter utramque domum, haud nimia distantia separata.

Primum ergo cooperationis bracchium porrexit P. Antoñanzas frequenter, cum in chronicis inducitur explens sibi adsignatas partes diaconi, subdiaconi, caeremoniarii et sic porro, eo magis emeritas quod implicant humilitatem suique abnegationem. Interea linguam italicam callere et possidere nisus est adeo, ut die 25 martii an. 1844, in solemnitate Annuntiationis B.V.M., expresse connotet chronista quod P. Antoñanzas habuit suam primam concionem ad populum, secundam vero recurrente dominica « in albis » die 14 aprilis. Posthac conscendit ille suggestum statis diebus festis vel dominicis, moderata potius quam nimia frequentia: quoniam inter festa, oratoriis illius praeconiis magnificata, citantur solemnitates SS. Cordis Iesu et B.M.V. sine labe conceptae deducimus quod optimos progressus in dicendo fecerat et spem indubiam praebebat de futuro apostolatus sui incremento. Ecclesiae siquidem titulus efferebat mysterium Immaculae Conceptionis, publicae devotioni propositum piissimo B.M.V. simulacro post altare maius elato.

Alterum collaborationis stadium aestimabatur confessionale. Nondum siquidem nata erat theoria, quae vellet reservare sacerdotibus « minus habentibus » honorem, id est, onera audiendi confessiones, dum ceteri « superdotati » (propria eorum opinione) effugiunt talem responsabilitatem. Unitas porro sacerdotii, quae per concelebrationem iure meritoque proclamatur, secum ferebat — praesertim in schola S. Alfonsi — « con-confessionem », qua certatim sacerdotes, ex altari discedentes aut ad altare accedentes, applicabant membris Christi beneficia sacerdotii quod ex Capite receperant. Hac de causa in chronicis domus Finariensis, quasi eventus afficientes cuncta eiusdem membra, memoratur die 28 aprilis an. 1844, dominica tertia post pascha, quod ex Curia episcopali pervenerat « pagella » cum facultate iurisdictionis pro P. Antoñanzas, die autem 5 maii subiungitur quod ille initiavit exercitium sacri tribunalis poenitentiae.

Ad missiones quod attinet, nullum adest vestigium quod earumdem participes fuerit P. Antoñanzas post suum confessarii praeludium usque ad obitum anno sequenti deflendum. Certe quidem, pro exiguo operariorum numero, excursus missionarii haud erant frequentes atque in ipsis interveniebant sodales Finarii et Montecchii. Sic v.gr. mense novembri an. 1844 conscenderunt

(29) Pater Iosephus M^a Valle factus est diligens historicus Sanctuarii Monticulensis cum sua opella: *Notizie Storiche intorno al Santuario de S. Maria dell'Olmo a Montecchio di Reggio*, Modena 1850, 69-71. Sanctuarium, quod nuperrime visitavimus, manet apertum, apprime custoditum et pro cultus perfunctione dispositum, utpote quod zelantissimo loci parochi subiectum et monialium Servitarum adiacentis monasterii piis usibus obnoxium.

montes « reggianos » ac in monte Babio missionem habuerunt PP. Mangold, Walleczek, Silva, Valle et diaconus Pigioli.

Interea P. Antofianzas, cui post paucos dies a sua professione commissum erat die 9 novembris an. 1843 munus praefecti ecclesiae, illud explere sagtegit intensiore in dies deditio. Iuxta necrologiam infra edendam, datae quoque sunt ei ad tempus partes praefecti studentium, de quibus silent chronici annales. Ne tamen credas alumnorum nostrorum turmam adunatam Finarii convixisse; eorum numerus numquam excessit quattuor vel quinque iuvenes, quorum celebriores mox devenerunt Petrus A. Chiletti, Iosephus Pigioli, Titus Grossi (30).

Postremus iste Grossi, patriâ finariensis, professus die 16 iulii an. 1843, comes extitit P. is Antofianzas non solum novitiatus tempore, verum praesertim in convehendo opere apostolico, cui adnexa fuit mors immatura zelantis operarii. Enimvero inter Finarii fractiones sive pagos rurales distinguebatur, atque hodie ultra caemeterium commune distinguitur, regio S. Laurentii 2 circiter klm. dissita atque honorata sancti martyris sacello, cui diebus festis obveniebant ruricolae per circuitum dispersi ad ripas fluminis Tanari (*Tanaro*) (31).

Iam vero: ab ipsis primordiis foundationis Finariensis consodales alfonsiani, beati Fundatoris memores, honori sibi duxerunt consulere bono spiritali agricolarum et opilionum S. Laurentii, saltem per instructiones catecheticas tempore quadragesimae frequentiores: idcirco in chronicis domus die 27 februarii an. 1837 expresse relatum est quod ex tunc sumpsit initium apud S. Laurentium opus catecheseos a P. Valle susceptum. Haud aliter die 12 februarii an. 1845 ibidem asserit chronista P. em Antofianzas cum studente Tito Grossi profectum fuisse post prandium, ut in S. Laurentio inauguraret colloquia catechetica per totam quadragesimam protrahenda.

Labor non videtur fuisse per se nimis onerosus. Iter unius semihorae a conventu usque ad S. Laurentium aestimabatur potius deambulatio quam defatigatio, nisi quando peragebatur infensis pluviae aut venti blanditiis. Nec parvulorum adultorumve grex fidelis occurrit multiplicandus, utpote qui respondebat 20 circiter familiis in vicinitate fluminis demorantibus. Attamen opus est rependere generosum zelum catechistae, quem necrologus describit inhiantem Christo attrahere canticis donisve animos adstantium puerorum: pensare quoque necesse est operarii valetudinem, quae mense martio die 4 mensis martii an. 1844 dicitur subiecta morbo transeunti.

Utcumque sit, indubium restat quod sub finem rigidae hiemis an. 1845

(30) In « Elencho » supra (nota 8) indicato legimus: « 16 ottobre dello stesso anno [1844] vien destinato a questo Collegio il R. P. Leopoldo Stix austriaco per Lettore e Prefetto degli Studenti ». Unde liquet P. em Antofianzas munus praefecti obiisse ad tempus dumtaxat ac transeunter.

(31) Flumen Tanarus censebatur regionis benefactor simulque flagellum, quatenus vel aqua terras irrigabat vel inundatione eisdem nocebat vel aëris humiditate incolas opprimebat: idcirco legimus in sacello S. Laurentii hanc inscriptionem, sine dubio familiarem P. i Antofianzas: « D.O.M. / Impium quas flumen / Sacras divi Laurentii aedes / a fundamentis evulsit / Anno 1677 / Clementis archipresbyteri Fransonii / Devota erexit Pietas / Anno 1696 ».

coepit serpere in Ducatu Mutinensi pestilentia valde gravis, quae vias respirandi ac pulmones violenter inflammabat (32): contagio protinus grassabatur Finarium eiusque circuitionem, propterea quod fluminis Tanari humor ac nebula nocebant communi sanitati: unde in libris paroecialibus ad mortuos spectantibus prostat elenchus solito densior eorum, qui febris subitanea ac letali correpti occumbebant morti post paucos languoris dies (33).

Ita contigit impigro P. Antoñanzas, qui zelo aestuans nequaquam renuit invisere domunculas ac tuguria, sacramentorum dona ministrans pauperibus tabe contagiosa infectis: qua vicissim ille contaminatus, lecto discubuit die 2 aprilis eiusdem anni 1845, et quidem adeo ustus praecordiis ob febris ignem ut sine mora intelligeret se a Deo pariter vocari in aeternam gloriae coronam, quam heroica deditioe adparare gestierat ruricolis morti proximis. Reipsa, post septem infirmitatis dies et frustra adhibitis medicorum remediis, evolavit ad Dominum die 9 aprilis, munitus omnibus Ecclesiae sacramentis atque spe immortalis praemii confortatus: aetatis vero suae annorum 39 et 3 dierum.

Non abs re chronista declarat « memorabilem » diem, qua e vivis discessit P. Antoñanzas: etenim, auctore necrologiae teste, illius inopinus obitus cievit « impressionem salutarem », quippe quod cunctis domi forisque patebat se ipsum obtulisse tanquam victimam caritatis sacerdotalis. Ex alia vero parte sertum virtutum, quo cingitur a biographo itemque suo direttore spirituali, exprimit tum illius alfonsianam maturitatem, tum communem aestimationem. Dolendum quidem visum est quod, ipso in superna abeunte, evanescebat aut saltem sine die differebatur spes instaurandi Congregationem in Hispania. Nondum venerat hora, quae tandem post octo annos appropinquavit, cum Româ die 8 februarii an. 1863 profecti sunt tres primi consodales: eosdem versus Iberiam itinerantes fortunavit sua benedictione P.

(32) Cfr *Foglio di Modena*, 1844-1845. Biblioteca Estense: A. 72. P. 4. Giorn. 11. Item: *Messaggere Modenese*, 1845: A. 40. o. 6. Ex utroque folio publico eruitur quod nequit affirmari totum Ducatum pestilentiae subiacuisse: Mutinae namque vix affertur unus alterve casus, v.gr.: 22 februarii 1845 obiit « il marchese Agostino Livizzani, maggiordomo maggiore delle principesse... robusto, ma una violenta malattia infiammatoria lo ha tratto in pochi giorni al sepolcro ». *Messaggere*, 1845, p. 64. - Confirmatur, quoad urbem Mutinae, ex archivio paroeciae ducalis S. Dominici, cuius *Liber mortuorum* (1844-1845) nequaquam prae se fert eorum numerum ultra consuetum, etsi in prima anni parte connotat quosdam ex illis decessisse « per tabe », « per infiammazione » etc.

(33) Arch. Parr. del Duomo, ossia Collegiata insigne di Finale, Libro de' Morti (1844-1857), f. 22 ss. - Mense martio atque aprili huius anni 1845 adferuntur viginti circiter defunctorum casus, quibus adiudicatur tanquam causa mortis: « di febbre », « per infiammazione al petto » et his similia. - Caeteroquin sive intra sive extra ecclesias prostant Finarii inscriptiones lapideae, quae ostendunt contagionis infortunium haud inusuetum: « Sanctissimae Virgini Mariae populus Finariensis... quod abs tabida peste propitius eius numine vindicatus sit, hoc monumentum dicat an. 1630 ». - Item in sacristia: « Memoriae et virtuti Ioannis Alex. F. Rossi sac. can. magister in sacro Seminario annos XXV..., qui cholera asiatica ingruente / villam suburbanam cum horto / in usum curatorum nosocomii temporarii laetus concessit / atque dum in ea subsidia religionis / aegrotantibus ad dies I, ultro administrat / morbo evangelicae caritatis causa contracto / sancte decessit kal. oct. anno 1855. Annos natus 51, menses 5, dies 25 ». Cognoscere itaque valuit P. em Antoñanzas eiusque exempla erga aegrotos aemulari.

Pajalich, consultor generalis, qui manu sua « angelica » benedixerat P. em Antoñanzas angelis obviam euntem (34).

DOCUMENTA

I

Actum Baptismi R.P. Isidori Antoñanzas

Arch. Parr. de Santa María (catedral), Calahorra, Lib. XII de Baut. (1801-1809), f. 120r.

[*Ad oram.*] Isidorus Antoñanzas.

En seis días del mes de Abril de mil ochocientos y seis años yo el infrascripto Pro Vicario perpetuo de esta Santa Iglesia de Calahorra bauticé solemnemente à un niño que nació el día quatro de Abril a las dos de la tarde: púsele por nombre Isidoro: es hijo legítimo de Felipe Antoñanzas y de Francisca Lorente. Abuelos paternos Manuel Antoñanzas y Josefa Oliban: y maternos Blas Lorente y Francisca Barco, todos naturales y vecinos de esta ciudad; fueron sus padrinos Calixto Martínez de San Miguel y Manuela Oliban, naturales de esta ciudad, à quien advertí el parentesco espiritual y demás obligaciones contrahidas: y por la verdad lo firmo

D.n Manuel Sáenz del Prado

II

Notitiae quaedam super familia Antoñanzas

Arch. Municipal, Calahorra, Padrones.

- Año 1812.* - Calle S. Antón, n. 2. - Felipe Antoñanzas, yerno de Lorente. Vivían en el n° 43 de la calle.
Año 1821. - Calle de S. Antón. Felipe Antoñanzas, labrador, 50 años. - Su mujer Francisca Lorente 48 años. - Hijo, Isidoro, 15 años.
Año 1822. - Calle S. Antón. Felipe Antoñanzas, yerno de Lorente. Años 60 [sic]. Casado, vecino: suerte [*id est, opes*] buena: labrador.
Año 1828. - Calle S. Antón. Felipe Antoñanzas...: caballos 2.
Año 1829. - Calle S. Antón. Felipe Antoñanzas... Ingresos: por hacienda, 2018 [*reales*]: por granjería, 500.

III

Acta Vestitionis et Professionis R.P. Isidori Antoñanzas

Arch. PP. Red., Scifelli, Noviziato. Elenco de' Novizi e dei novelli Professi della Cong.ne del SS. Red. nella Alta Italia dall'anno 1837, Libro I, Parte prima, f. 5, n. 11 (35).

A dì 1° maggio 1843, giorno di lunedì, dedicato ai gloriosi Apostoli

(34) « Eum [Pajalich] vicissim S. Clemens Maria tenerimo prosequatur amore et angelum in humana carne dicere solebat ». - *Villa Caserta* 85.

(35) Copia huius Elenchi a P.e Antonio Chiletta facta conservatur in AG, Cat. VII.

SS. Filippo e Giacomo, è stato ammesso al Noviziato dell'Immacolata Concezione della B.V. nella città del Finale di Modena dal R.P. Bartolomeo Pajalich, Rettore della Casa suddetta, il sacerdote Isidoro Antoñanzas della città di Calahorra nella Vecchia Castiglia della Spagna, avendo d'età anni 37, e giorni 27, per esser nato a dì 4 aprile 1806.

Ammesso all'oblazione a dì 31 ottobre 1843. Vedi Libro I, parte II, pag. 4.

* * *

Parte II, pag. 4, n. 4.

[*Propria manu*:] Io, Isidoro Antoñanzas, della città di Calahorra in Hispania, Novizio della Congregazione del SS. Redentore, in questo giorno 31 ottobre 1843, vigilia d'Ogni Santi, ho fatto spontaneamente in questa casa dell'Immacolata Concezione di Maria SS. nella città del Finale di Modena, in mano del M.R.P. Bartolomeo Pajalich, Rettore della casa suddetta, i voti semplici secondo le nostre Regole ed a tenore dei nostri privilegi, di Povertà ed Ubbidienza col voto e giuramento di Perseveranza in essa Congregazione sino alla morte, alla presenza di tutta la Comunità, e specialmente dei RR.PP. sottoscritti.

Io Padre Bartolomeo Pajalich, Rettore della suddetta case, pella facoltà avuta dal nostro R.mo Vicario G.le ho ammesso all'oblazione il suddetto sacerdote novizio: onde in fede.

Io Adalberto Maria Drick sono stato presente.

Io Matteo M^a Walleczek sono stato presente

IV

R.P. Isidori Antoñanzas necrologia a P. Pajalich concinnata

AG XXII R 12a.

V.G.M.G. Estratto dal Registro Cronologico sotto il dì 9 aprile 1845, scritto dal M.R.P. Bartolomeo Pajalich.

Giorno 9 aprile 1845. - Giornata memorabile per la morte del R.P. Isidoro Antoñanzas. Nato l'anno 1806 a Calahorra nella Spagna, fatto sacerdote si è segnalato pel suo zelo nell'assistere agl'infetti di choléra-morbus (36).

Uscito dalla sua patria per cagione delle tristi conseguenze della guerra civile insorta fra i partitanti di Don Carlo IV, Pretendente al trono (37), e quelli di Isabella II Regina costituzionale si trattenne per alcuni anni, dimorando or a Baionna, or a Marsiglia in Francia, or a Friburgo nella Svizzera, or a Salisburgo, a Innsbruck e a Bolzano negli stati austriaci, come si vede da diversi attestati rilasciatigli dalle Autorità ecclesiastiche della sua buona

(36) Sub vocabulo « colera », « colera asiatico », « cholera morbus » includebantur olim apud vulgum diversa genera morborum.

(37) Carolus Maria Isidorus de Borbón a suis asseclis vocatus fuit initio simpliciter « Don Carlos », mox « Carlos V » rex Hispaniae, quia vetus imperator Carolus V (1500-1558) censebatur Carolus I Hispaniae.

condotta. Si è segnalato in diversi luoghi per lo zelo in ascoltar le confessioni de' suoi connazionali, usciti parimenti dalla comune patria (38).

A Friburgo e ad Innsbruck ha avuto l'occasione di conoscere alcuni nostri Padri; e dimorando a Bolzano da RR.PP. Cappuccini si sentì nascere la vocazione di entrare nella nostra Congregazione, nella quale fu accettato dal ||2|| nostro Rev.mo P. Vicario Generale, mediante una lettera di risposta che gli fu scritta a tal oggetto. Si portò subito a Finale, dove fu indirizzato, vestì l'abito nostro della Congregazione il 1° maggio 1843, e professò la vigilia di Tutti i Santi dello stesso anno, dopo il noviziato di sei mesi, fissati per quelli ch'erano in Congregazioni da sacerdoti.

Fatta la professione ardeva di zelo per l'osservanza della S. Regola e per la conversione dei peccatori; si consacrò ad ascoltare le confessioni e si diede con special fervore alla Dottrina Cristiana a San Lorenzo (piccola chiesa distante circa un miglio da Finale), ai figli e alle figliuole dei poveri contadini, infervorandoli con divote canzoncine alla devozione alla B.ma Vergine, ed animandoli ad imparare col distribuire quante immagini sante poteva ricevere dal Superiore.

Quest'anno (1844-45) era un inverno rigido e lungo oltre il solito, e cagionò delle malattie infiammatorie anche fra i poveri contadini. Il che vedendo il nostro Padre si mosse a compassione. Andando per ciò a far la dottrina alla sopradetta chiesa si portava nelle case degli ammalati per benedirli consolarli ed ascoltare le loro confessioni con non poco strapazzo. Ai due del corrente aprile ritornando appunto a casa da questa ||3|| sua diletta occupazione à favore della gente campagnola, si sentì attaccato egli stesso dalla malattia dominante, che in questo anno portò molti uomini, specialmente robusti, all'eternità.

Messosi a letto, e sentendo le punture ai lombi, non si trascurò di chiamare il medico della Casa. Trovò la malattia violenta e già pericolosa, adoperò subito tutti i rimedii suggeritigli dall'arte; ma non ostante tutta la sua sollecitudine e cura, non poté arrestare il corso della malattia, detta pleuritide, che nel breve giro di sette giorni lo portò all'altra vita. Il paziente stesso intese subito la gravezza della malattia, ed offerì più volte la sua vita al Signore e si mise ad esercitare nella medesima, in un modo ammirevole, la pazienza, l'obbedienza prontissima a qualunque ordinazione del medico, corporale e spirituale; l'umiltà col domandare a ciascheduno de' confratelli ed al Superiore scusa e perdono, col confessare più volte le sue colpe in secreto ed in publico; e la gratitudine, ringraziando Dio per la vocazione alla Con-

(38) Recens historicus scripsit: « Don Isidoro Antoñanzas... después de haber estado en Inglaterra, donde se habían refugiado don Carlos y muchos de sus más decididos partidarios, se trasladó a Friburgo ». D. DE FELIPE, *La Ven. Madre Antonia*, Madrid 1962, 66 nota 1. - In eiusdem paginae textu afert epistolam an. 1839 in qua D. Susanna, mater Ven.lis Antoniae, communicat: « He estado con don Isidoro Antoñanzas y me ha dicho que don Carlos ocupará el trono el año próximo ». Fateor me in ancipite manere, tum ob silentium necrologiae circa commorationem in Anglia, tum ob nuntium de victoria (?), an. 1839, quo bellum clausum est. Indagare tamen pergam notitias archivorum, quia praesumpta D. Isidori Antoñanzas participatio inter aulicos cappellanos auget illius merita et qualitates.

gregazione, rinnovando i voti e raccomandando ai confratelli l'osservanza della Regola e specialmente della s. obbedienza.

Ricevuto il SS.mo per Viatico, e munito del Sacramento dell'Estrema Unzione, andava sempre più crescendo il fervore ||4|| del suo spirito esercitandosi nella s. orazione e nelle giaculatorie verso Gesù Bambino e la B.ma Vergine. Le ultime parole che proferì articolatamente erano: *Defecit in salutare tuum anima mea e in verbum tuum supersperavi*; ed assistito dai Padri, specialmente dal suo confessore, spirò tranquillamente l'anima sua nelle mani del Signore, che con gran divozione aveva desiderato, alle ore 10 antemeridiane del giorno 9 aprile 1845.

Il suo corpo è stato composto e vestito dai nostri confratelli, verso sera dalla sua camera trasferito in parlatorio di sotto, e posto in una cassa a ciò fatta. Il giorno seguente nel parlatorio addobbato di nero stava esposto a vedersi da tutti fino alle ore 8 del mattino. Allora se gli fecero i funerali, trasportandolo i nostri confratelli ed accompagnandolo tutta la Comunità, ed alcuni sacerdoti nostri amici e secolari, che accorsero. Si uscì per la porta grande della chiesa: e collocato al luogo conveniente, si recitarono i tre notturni colle laudi, e si cantò la messa con alla fine le esequie.

Si lasciò il corpo nella bara fino al dopo pranzo; poi a porte chiuse fu di nuovo trasportato nel parlatorio fino alla sera, e terminato il luogo del sepolcro, che si fece prestamente costruire (fino a quest'epoca mancava) dietro la cappella di S. Antonio fu sepolto colle solite preci (39). La sua morte fece sopra li abitanti ||5|| una salutare impressione, persuasi che egli se l'era attirata cogli strapazzi che si era addossati per bene delle anime, specialmente della campagna, e che per ciò andava a ricevere il dovuto premio in paradiso. Il che il Signore conceda anche a noi tutti. Anche sopra i confratelli fece una salutare impressione la malattia e la morte di questo Padre, il quale l'abbracciò virilmente e con animo direi eroico.

N.B. Questi cenni cronologici, estratti dal Registro, sono scritti di mano propria dal R.P. Pajalich. Fu egli che li stese: e tanto più si avrà meritare fede, perché il medesimo Padre fu già Maestro dell'Antofianzas nel suo spiritual tirocinio, e suo Direttore fino all'ultimo momento della vita (40).

Laus Deo Beataeque Virg. Mariae et S. Alphonso.

* * *

Questo buon Padre fu alcun tratto prefetto degli Studenti. Più volte da loro si fece calpestare co' piedi: talora mangiava gli avanzi altrui: aveva chiesto, ma non ottenne, di poter dare ai poveri la sua porzione di cibo: ebbe a combattere un natural di fuoco, cui per altro non sempre poté domare: pronto a umiliarsi dopo il difetto: una volta dimandò scusa a un villano, cui aveva fatto per impeto una correzione giusta, ma un po' aspra.

(39) Cappella « divo Antonio patavino » sacra eiusque altare privilegiatum, munitum ibidem Brevi pontificio Clementis XIV, invenitur ad cornu evangelii prope ianua ecclesiae: subter eiusdem pavementum iacet hypogeum, quo usque hodie custodiuntur exuviae quorundam defunctorum, ex quibus valde probabiliter eminet noster P. Antofianzas.

(40) Verba « maestro nel suo spiritual tirocinio » intelligantur, oportet, lato sensu, quoniam documenta supra (nota 8) relata adiudicant P.i Drick magisterium novitiorum, saltem a die 17 aprilis an. 1842 usqua ad diem 15 novembris an. 1843, quo mutavit sedem cum Montecchio.

ANDREAS SAMPERS

Circa traditionem Imaginis BMV de Perpetuo Succursu
Patribus Congregationis SS.mi Redemptoris
eiusque instaurationem cultus in Urbe
in Ecclesia SS.mo Redemptori ac S.o Alfonso sacra
quaedam notitiae et documenta, ann. 1865-1866

Fausto recurrente centenario traditionis imaginis qua Mater Dei sub titulo BMV de Perpetuo Succursu colitur sodalibus nostrae Congregationis, cui memorabili eventui mox successit instauratione publici cultus in ecclesia SS.mi Redemptoris ac S.i Alfonsi (1), domui generaliciae, tunc « Villa Caserta » dictae (2), attigua, maxime certe conveniens nobis videtur haec facta in his foliis commemorare. Hoc autem rationi indolis nostri periodici conformius fit, modo documentato varia momenta enarrando, quae in dicta traditione simulacri eiusque cultus instauratione occurrerunt. Quamquam haec enim generatim nota sunt et iam in nonnullis publicationibus descripta habentur (3), tamen subtiliore investigatione ex multis documentis, quae in archivo nostro generali conservantur (4), ulterius accuratiusque cognosci possunt.

Ordinem chronologicum sequentes, omnes recensebimus eventus quibus ad traditionem imaginis et instaurationem cultus perventum est, diligenter semper indicando fontes, quibus unumquodque dictum innititur. Hac ra-

(1) Ecclesia vulgo nota ut templum S.i Alfonsi, tamquam titulum liturgicum tamen habet SS. Redemptorem ac S. Alfonsum. Consecrata est die 3 V 1859 « in memoriam SS.mi Domini nostri Iesu Christi mundi Redemptoris ac in honorem S.i Alphonsi Mariae »; ita in consecrationis instrumento.

(2) Saeculo 19^o domus generalicia universim nota erat ut « Villa Caserta », quod erat nomen praedii an. 1855 empti a duce Michaelangelo Caietani; initio saec. 20 hoc nomen obsolevit.

(3) *Beata Virgo Maria de Perpetuo Succursu*, id est, de antiqua ejus et prodigiosa imagine in ecclesia S. Alfonsi de Urbe cultui reddita..., Romae, Typ. polygl. S.C. de Prop. Fide, 1876 (allegabitur deinceps: Op. anon. 1876); C. HENZE, *Mater de Perpetuo Succursu...*; Bonn, Collegium Iosephinum, 1926 (allegabitur deinceps: HENZE).

(4) In archivo nostro generali (allegabitur deinceps: AG) conservatur copiosissima sectio documentorum ad historiam et cultum BMV de Perpetuo Succursu attentium (allegabitur deinceps: [sectio] BMV de PS). Haec archivi sectio mense decembri 1964 de integro ordinata est secundum dispositionem documentorum institutam a RP.e Fabritiano Ferrero Centeno, cui gratias debitas pro auxilio nobis praestito agimus.

tione iis subsidium certum ac fidum praebere intendimus, qui historiam initii cultus BMV de Perpetuo Succursu, opere Congregationis nostrae effecti, texere in animo habent.

Cognitio imaginis ad Patres CSSR pervenit

Ca. an. 1860 contigit, ut RP Eduardus Schwindenhammer (5), secretarius personalis superioris generalis, Rev.mi P.is Nicolai Mauron, pervolvens auctores de historia Urbis tractantes ad notitias inveniendas historiam loci a Villa Caserta et hortis eius tunc occupati illustrantes, nonnulla reperiret indicia ecclesiam S.i Matthaei respicientia (6). Territorium enim huius ecclesiae, tempore occupationis francogallicae dirutae (7), inter saepa horti collegii situm erat. Ibi etiam legebat de quadam antiqua Deiparae imagine in illo templo quondam magnopere venerata (8).

Notitias collectas circa historiam domus et areae praedii « Villa Caserta » P. Schwindenhammer intexit in sua *Chronique générale de la Congrégation du T. S. Rédempteur*, vol. III (9), pp. 42-76: § 6. Notice historique sur la maison généralice. In hoc paragrapho, pp. 46-58, tractat de ecclesia S.i Matthaei et p. 53 haec habet sub rubrica *Madonna di S. Matteo*:

« Le 27 mai 1480, l'église de S. Matthieu fut enrichie d'une image de la Très Sainte Vierge, portée de l'île de Crète, placée sur le maître-autel. Le grand nombre de grâces et de miracles, obtenus devant cette image, firent qu'elle fut comptée parmi les images miraculeuses de Rome sous le nom de *Madonna di S. Matteo*. Un livre imprimé à Rome en 1502 par Jean Besichen (10) fait mention de cette image » (11).

(5) SCHWINDENHAMMER Eduardus; *8 IV 1826 Ingersheim, Elsaß, France, dioec. de Strasbourg; prof. 26 XI 1847 Contamine-sur-Arve, sac. 5 IV 1851 Nancy; † 30 VI 1891 Siviriez, Ct. Fribourg, Suisse (Cat. X 13 n. 115; Cat. XIII 74 n. 531). Die 13 IX 1855 Romam advenit (*Cronaca della Casa generalizia* I 3); Roma profectus est die 31 VIII 1862 (*ibid.* 51). - Brevis notitia biographica apud [J.-B. LORTHOIT], *Mémorial alphonisien*, Tourcoing 1929, 327. Notitia bibliographica apud DE MEULEMEESTER, *Bibliographie* III 386.

(6) De ecclesia S.i Matthaei cfr Chr. HUELSEN, *Le chiese di Roma nel Medio Aevo*, Firenze 1927, 386 n. 115; M. ARMELLINI, *Le chiese di Roma dal sec. IV al XIX*, nuova edizione a cura di C. CECHELLI, Roma 1942, I 304-306, II 1386; Kl. HENZE, *San Matteo in Merulana*: *Miscellanea* Francesco Ehrle II (*Studi e Testi* 38), Roma 1924, 404-414.

(7) Demolitio ecclesiae ca. an. 1800 perfecta est; vide *Miscellanea* Fr. Ehrle II 413.

(8) In Op. anon. 1876, pp. 18-20, et apud HENZE 51 enumerantur diversi auctores saec. 17-18, qui de veneratione huius imaginis loquuntur. Uti tamen ex sequentibus patere videtur, cognitionem suam circa imaginem in ecclesia S.i Matthaei veneratam RP Schwindenhammer hausit ex dictionario a cl. MORONI composito; sin minus cognovisset etiam titulum 'de Perpetuo Succursu', qui apud auctores antiquiores invenitur.

(9) In involuero codicis notavit RP Eduardus Bührel, archivi nostri generalis praeses ann. 1903-1923: « Praesens codex notatur: Vol. III. Auctori enim, ut patet ex dictis in Introductione, in mente erat conscribere vol. I et II de historia Congregationis ab ultimis annis P.is Tannojae [*Della Vita ed Istituto del ven. S.d.D. Alfonso M. Liguori* I-III, Napoli 1798-1802] usque ad an. 1855 ». - Haec vol. I-II tamen non sunt scripta a RP.e Schwindenhammer.

(10) Johann Besicken, typographus-editor Romae fine saec. 15 - initio saec. 16. Cfr *Enc. Ital.* VI (1930) 807.

(11) Editio manuductionis ad monumenta romana saepius saec. 15 et 16 editae, quae

Ex textu patet, scriptorem tunc titulum imaginis latuisse; manus posterior, quae videtur esse RP.is Ernesti Bresciani, post verba *Madonna di S. Matteo* stilo plumbeo adiunxit: detta del perpetuo Soccorso (12).

Quando confratres cognoverunt de notitiis a P.e Schwindenhammer circa historiam habitationis suae collectis, RP Michael Marchi (13) communicavit, se iuvenem simulacrum olim in ecclesia S.i Matthaei asservatum saepius venerasse, a Fratre laico Augustino Orsetti OSA notitias circa eius historiam accepisse et optime sibi notum esse, ubi asservaretur, scil. in sacello conventus S. Mariae in Posterula apud Patres Augustinianos Hibernicos (14).

Haec omnia sobrie narrantur a P.e Ernesto Bresciani (15), qui primus Redemptorista edidit opusculum circa imaginem BMV de Perpetuo Succursu an. 1866 (16), postquam per varios annos Romae notitias copiosissimas de historia simulacri collegerat (17).

Die 7 februarii 1863 RP. Franciscus Blosi SI, qui tunc temporis singulis sabbatis in ecclesia a nomine Iesu nuncupata, Romae, sermonem de Deipara instituebat, concionem habuit de imagine BMV sub titulo de Perpetuo Succursu olim in ecclesia S.i Matthaei venerata, « che un dì fu celebre per prodigi, ma che da 70 anni in qua non dà più segni di vita, perché giace, a quel che io sappia, negletta in privato recinto, senza pubblico culto ». In fine concionis pius orator exclamavit: « Chi sà che non sia serbato a' nostri dì lo scoprimento di questa immagine, la quale avendosi voluta intitolare "del Perpetuo Soccorso", non abbia legato a questo fatto la concessione della

communiter cognoscitur ut 'Mirabilia urbis Romae'. Cfr L. SCHUDT, *Le guide di Roma*, Wien-Augsburg 1930, n. 25.

(12) Notetur quod apud G. MORONI, *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica* XII (1841) 184, s. v. *S. Matteo in Merulana*, dicitur: « Nel pontificato di Alessandro VI fu quivi portata una immagine di Maria SS. assai miracolosa e fu detta la 'Madonna di S. Matteo' ». Nec hic titulus 'de Perpetuo Succursu' habetur.

(13) MARCHI Michael, * 28 IX 1829 Romae, *vest.* 24 XII 1855 *ibid.*, *prof.* 25 III 1857 *ibid.*, *sac.* 2 X 1859, † 16 I 1886 Romae. - Cat. XIII 121 n. 859; AG Pr.R XVI 21 (*curriculum vitae* ab ipso die 11 VII 1856 scriptum); *Cronaca della Casa generalizia* I 4 (*vest.*), 15 (*prof.*), 22 (*tonsura*), 42 (*sac.*), 201 (*obitus*). *Notitia biographica* apud [A. WALTER], *Villa Caserta*, Romae 1905, 182-183 (cfr 63), et in commentario *Cinquant'anni dalla prima esposizione dell'antica e prodigiosa Immagine della Madonna del Perpetuo Soccorso...*, Roma 1916, 56, ubi etiam habetur effigies.

(14) De ecclesia S. Mariae in (de) Posterula cfr HUELSEN, *o.c.* 360 n. 78 et ARMELLINI-CECCHELLI, *o.c.* I 423-424.

(15) Ernestus BRESCIANI (1838-1919); notitiae biogr. in *Spic. hist.* 2 (1954) 239 n. 15. - P. Bresciani die 21 XII 1862 Romam advenit, communitati domus generalitiae adscriptus, et die 31 seq. nominatus fuit studentium praefectus. *Cronaca d. Casa gen.* I 53.

(16) *Cenni storici sull'antica e prodigiosa imagine della Madonna del Perpetuo Soccorso*, già venerata in S. Matteo in Merulana e ridonata al culto pubblico nella chiesa di S. Alfonso sull'Esquilino, raccolti dal P. Ernesto BRESCIANI; Roma, Tip. della S.C. de Prop. Fide, 1866; 16°, 45 pp. - In AG BMV de PS II 1 e-f conservantur epistolium Rev.mi Petri La Croix (sine die) et epistula Caetani Moroni (27 IV 1866), qui opusculum laudant et quasdam notitias historicas ac emendationes communicant. Nuntius opusculi habetur in *La Civiltà Cattolica*, ser. VI, vol. VI (1866 II) 592 (fasc. 388 diei 23 V 1866).

(17) Collectanea notitiarum a P.e Bresciani collectarum conservantur in AG BMV de PS II 1 a (54 pp.) et c (4 pp.); compendiosa indicatio eventuum ordine chronologico digesta eorumque fontium).

tranquillità universale? Felice quelli che potranno cooperare a tanta impresa » (18).

Uti facile intelligi potest, notitia sermonis P. is Blosi in Villa Caserta accepta, apud Patres desiderium exarsit imaginem in ecclesia collegio attigua cultui publico reddendi, eo vel magis orator allegaverat Matris Dei desiderium: « Fra la mia diletta chiesa di S. Maria Maggiore e quella del mio diletto figliuolo adottivo S. Giovanni in Laterano voglio essere ».

Rogatu Patrum P. Blosi eis autographum concionis suae commodavit, indicans fontem suum praecipuum, scil. orationem RP. is Conceptii Carocci SI, an. 1715 habitam et an. 1729 typis vulgatam (19). - Eam sedulo transcripsit P. Marchi (20).

Non multo post conamen institutum est ad imaginem a Patribus Augustinianis acquirendam, sed frustra, uti notat P. Bresciani (21): « Sapendosi che la s. immagine voleva essere venerata in una chiesa che sorge fra S. Maria Maggiore e S. Giovanni in Laterano, il nostro P. Generale fece domandarla ai PP. Agostiniani, ma questi la rifiutarono, perché quasi unica memoria della loro chiesa e convento di S. Matteo » (22).

Imago traditur Congregationi SS. Redemptoris

1865 XII 8

P. Michael Marchi scribit relationem circa imaginem, tunc conservatam in conventu S. Mariae in Posterula apud Patres Augustinianos Hibernicos.

Conservantur in AG (BMV de PS III 1 a-b) duo exemplaria huius relationis a P. e Marchi m. p. scripta: « Notizie intorno l'Immagine della Madonna di S. Matteo in Merulana, detta del Perpetuo Soccorso ». Edit. in Op. anon. 1876, pp. 233-234.

1865 XII 11

In audientia P. Nicolaus Mauron, Superior generalis CSSR, Summo Pontifici condicionem rerum circa imaginem eiusque cultum exponit. Pius PP. IX exemplari relationis P. is Marchi rescriptum addit, imaginem tradendam esse Congregationi SS. Redemptoris.

Originale quod Em. mo Alexandro Barnabò, S. Congr. de Propaganda Fide praefecto, pro executione traditum est, non invenimus. Conservatur in AG (BMV de PS III 1 a) copia rescripti, a P. e Mauron authenticata die

(18) Concio RP. is Blosi edita est in Op. anon. 1876, pp. 228-232.

(19) *Il pellegrino guidato alla visita delle immagini più insigni della B.V. Maria in Roma*, ovvero Discorsi familiari sopra le medesime, detti i Sabati nella chiesa del Gesù da Concezio CAROCCI, Sac. d. Comp. di Gesù I, Roma 1729, 373-391: Discorso XXV a' 31 Agosto 1715. - Haec concio edita est in Op. anon. 1876, pp. 220-228.

(20) AG BMV de PS II 1 h.

(21) AG BMV de PS II 1 g: Appunti storici circa l'immagine di Maria SS. ma sotto il titolo del Perpetuo Soccorso sub 3° (Ms mancum; adsunt tantum pp. 1-2. Hae notulae respiciunt eventus ann. 1865-1866).

(22) In aliis archivi documentis nullum indicium invenimus corroborans hoc P. is Bresciani assertum.

15 XII 1865. Edit. in Op. anon. 1876, p. 27 (vocabulo « microscopica » o-misso) et apud HENZE p. 58. - De audientia dantur notitiae in *Cronaca della Casa generalizia* I 75.

1865 XII 15

Declaratio P.is Mauron de rescripto diei 11 XII a Summo Pontifice dato. Post copiam rescripti: « Le predette parole furono scritte di proprio pugno dalla Santità di Nostro Signore Papa Pio IX a tergo di una copia di queste *Notizie* [del P. Marchi] nella udiienza concessami il giorno 11 del corrente mese. L'autografo trovasi presso l'Em. Barnabò, al quale l'ho consegnato, affinché si degni di eseguire l'ordine santissimo. In fede ecc. - Questo dì 15 Dicembre 1865, ottava dell'Immacolata Concezione. - Nic. Mauron CSSR, Sup. gen. et Rector maj' ».

Originale, scriptum a P.e Ernesto Bresciani, subscriptum a P.e Mauron m.p. et sigillo atramento chartae impresso munitum, conservatur in AG (BMV de PS III 1 a).

1866 I 18

P. Mauron et P. Ieremias O'Brien, superior conventus S. Mariae in Posterula, colloquium instituunt de traditione imaginis.

Huius colloquii fit mentio in epistula P.is Mauron diei 19 I 1866, de qua infra, et in Notulis « Appunti storici » P.is Bresciani, cons. in AG (BMV de PS II 1 g).

1866 I 19

PP. Michael Marchi et Ernestus Bresciani adeunt P.em Ieremiam O'Brien OSA, priorem conventus S. Mariae in Posterula, afferentes epistulam P.is Mauron et « una offerta di 50 scudi », et accipiunt imaginem.

Minuta epistulae P.is Mauron ad P.em O'Brien, scripta a P.e Eduardo Douglas, conservatur in AG (BMV de PS III 1 c). Adiuncta varia traditionis imaginis inveniuntur etiam in declaratione quae infra sub die 20 VI 1866 transcribetur et in epistula P.is Bresciani ad P.em Douglas diei 29 XII 1889, cuius originale conservatur in AG (BMV de PS III 1 e). Actus traditionis notatur in *Cronaca d. Casa gen.* I 75.

1866 VI 20

P. Marchi tradit P.i O'Brien copiam imaginis.

Hac occasione confectum est instrumentum in duplici copia, attestans fidelem executionem rescripti pontificii diei 11 XII 1865. Exemplar instrumenti, conservatum in AG (BMV de PS III 1 d), inscriptum « Duplicato », scriptum a P.e E. Bresciani et subscriptum a PP. O'Brien et Marchi m.p., sic sonat:

Essendosi il sottoscritto P. Marchi, in nome del R.mo P. Niccolò Mauron Sup. Gen. della Cong.ne del SS. Redentore, portato il dì 19 gennaio del corrente anno 1866 al convento dei RR. PP. Agostiniani in Posterula; gli fu

consegnata dal M. R. P. Priore l'immagine miracolosa della Madonna, venerata sotto il titolo del Perpetuo Soccorso.

Siccome poi a tenore del rescritto Pontificio, in data del dì 11 dicembre 1865, il suddetto R.mo P. Mauron doveva sostituire altro quadro decente, ed avendo il lodato P. Priore chiesto una copia di essa veneranda immagine: quindi è, che lo stesso P. Marchi ha portato in quest'oggi la copia fedele richiesta, e l'ha consegnata al prelodato P. Priore.

In fede di che, ambedue si sono sottoscritti di proprio pugno.

Fr. Geremia O'Brien Priore

Michele Marchi della Cong.ne del SS.mo Redentore

Roma, 20 Giugno 1866

Antiqua imago restauratur

De restauratione imaginis a pictore Leopoldo Nowotny (Novodny; vide notitiam de eo in *Analecta CSSR* 26 [1954] 95) mense februarii (utcumque inter diem 19 I et diem 15 III) perfecta frustra documenta et notitias in variis sectionibus AG quaesivimus. Conservatur in AG (BMV de PS I 1) photographia imaginis ante restaurationem facta.

Imago publicae venerationi redditur

1866 III 15

Copia imaginis depicta a Iacobo Wüger (vide notitiam de eo in *Spic. hist.* 9 [1961] 255-256) in tabula lignea exponitur in Domo generalicia. Quantum scimus, est prima copia confecta. - Hanc imaginis copiam invenire nequivimus.

Notatur sub n. 1 in indicibus imaginum missarum, quae conservantur in AG (BMV de PS VI 1 et 4 ss.). Paucae tantum imagines ann. 1866 et 1867 missae notantur; a die 26 II 1868 usque in praesens elenchus est completus.

1866 IV 10

Summus Pontifex concedit visitantibus imaginem diebus Tridui 27-29 IV 1866 celebrandi indulgentiam plenariam uno die arbitrio eligendo, consuetis condicionibus, et indulgentiam 300 dierum quolibet die.

Breve originale conservatur in AG (BMV de PS III 2 f).

1866 IV 13

Summus Pontifex concedit indulgentiam plenariam visitantibus imaginem die quo festum BMV sub titulo « de Perpetuo Succursu » celebrabitur, consuetis condicionibus, et indulgentiam 300 dierum visitantibus imaginem quolibet anni die.

Breve originale conservatur in AG (BMV de PS III 2 g). Edit. in Op. anon. 1876, pp. 35-36 et in collectione *Documenta authentica* p. 355 n. 234-

1866 IV 17

Card. Constantinus Patrizi, Urbis Vicarius, publice invitat fideles ut intersint celebrationi Tridui, diebus 27-29 IV in ecclesia S.i Alfonsi habendi, indulgentias concessas annuntians.

Exemplaria typis cusa, in forma maiori et minori huius « Invito Sagro » conservantur in AG (BMV de PS III 2 h); textus invenitur etiam in diario *L'Osservatore Romano* diei 23 IV 1866 (an. VI, n. 92, p. 366), et in foliis hebdomadariis *Il Divin Salvatore* diei 28 IV 1866 (an. II, n. 30, p. 476), quorum resemina ibid. conservantur. Edit. in Op. anon. 1876, pp. 33-34.

1866 IV 19

S. Rituum Congregatio concedit, ut omnes Missae in ecclesia S.i Alfonsi celebrandae diebus Tridui 27-29 IV valeant esse propriae BMV de Succursu. Haec Missa iam antea Congregationi concessa fuerat pro die 16 VI (Cfr. *Documenta authentica* p. 94 n. 77, p. 109, p. 151).

Rescriptum originale conservatur in AG (BMV de PS III 2 i).

1866 IV 21

P. Mauron tradit copiam imaginis Summo Pontifici. Haec imaginis copia, quae prius exposita fuit in sacello privato Pii PP IX, postea, nescimus qua via peracta, fuit Exc.mi Alfonsi Carinci (23). Post eius mortem ex legato proprietatem nostrae Congregationis evasit et mense iunii 1964 ab heredibus superiori domus generaliciae tradita est (24).

Notatur sub n. 2 in indicibus imaginum missarum, quae conservantur in AG (BMV de PS VI 1 et 4 ss.).

1866 IV 21

Notitiae breves de imagine et de Triduo celebrando vulgantur in foliis hebdomadariis *Il Veridico* (an. V, n. 16, p. 61) et *Correspondance de Rome* (an. XII, n. 401, p. 130). Conservantur resemina foliorum in AG (BMV de PS III 2 1).

1866 IV 22

Habitantes quarundam platearum sectionis Urbis, quae dicitur « Rione Monti », petunt ut processio die 26 habenda per has plateas protrahatur.

Supplices litterae originales conservantur in AG (BMV de PS III 2 m).

1866 IV 24

Notitia de imagine et de Triduo celebrando vulgatur in diario *L'Osser-*

(23) Exc.mus Alfonsus Carinci; * 9 XI 1862 Romae, † 6 XII 1963 ibid.; archiepisc. tit. de Seleucia d'Isauria electus 15 XII 1945; secretarius S. Rituum Congr. 1930-1959. - Necrologium in *L'Osservatore Romano* diei 8 XII 1963 (n. 284) p. 2.

(24) Exc.mus Carinci etiam diversas imagines vetustas S.i Alfonsi et epistulam autographam nostri Fundatoris, die 30 III [1746] scriptam (*Lettere* I 116-118), Congregationi legavit.

vatore Romano (an. VI, n. 93, p. 370). Resegmen diarii conservatur in AG (BMV de PS III 2 n). - *Cronaca d. Casa gen. I 77*: « Articolo ideato dal nostro R.P. Prosperi ».

1866 IV 25

Notitia de imagine et de Triduo celebrando vulgatur in diario *Giornale di Roma* (n. 94, p. 375). Resegmen diarii conservatur in AG (BMV de PS III 2 o). Edit. in Op. anon. 1876, pp. 248-251.

1866 IV 26

Solemnis processio habetur, qua ex domo generalicia, per plateas Urbis sectionis « Monti », imago ad ecclesiam collegio attiguam transfertur.

Documenta de hac processione vide infra, ubi fontes Tridui allegantur.

1866 IV 27-29

Triduum celebratur in ecclesia S. i Alfonsi occasione restitutionis imaginis publicae venerationi.

Processio diei 26 et Tridui celebratio describuntur in ms conservato in AG (BMV de PS III 2 r), in diario *Giornale di Roma* diei 30 IV 1866 (n. 98, p. 389), qui textus editus est in Op. anon. 1876, pp. 251-255, et brevius in foliis hebdomadariis *Il Divin Salvatore* diei 5 V 1866 (an. II, n. 31, pp. 491-492). Resegmina horum foliorum conservantur in AG (BMV de PS III 2 s). - Nuntius horum eventuum datur in *La Civiltà Cattolica* ser. VI, vol. VI (1866 II) pp. 484-485 (fasc. 388 diei 12 V 1866).

Solemnitates, « che superarono ogni aspettativa », etiam fuse describuntur in *Cronaca d. Casa gen. I 77-79*, ubi notatur (p. 76 sub die 2 IV) quod P. Anton. Bernabei ad conciones in Triduo habendas destinatus fuerat.

1866 V 5

Pius PP. IX invisit imaginem (25).

Cronaca d. Casa gen. I 80-81 his verbis narrat eventum: « Ecco la corona dell'opera; ecco la Visita tanto agognata del Donatore! - Oggi sera, un'ora in circa prima dell'Ave Maria, l'immortale Pio IX, accompagnato dai Mg.ri de Merode e Stella, dopo aver visitato S. Maria Maggiore, onde venerare S. Pio V, e 'l monastero di S. Antonio, si recò a piedi nella nostra chiesa a venerare la sacra Immagine della Madonna del Perpetuo Soccorso.

Entrò per la porta maggiore al suono dell'organo, ammirò e lodò, fermandosi un poco, l'altare nuovo di Maria Santissima. S'inginocchiò in mezzo al Santuario e pregò per qualche tempo, con gran fervore a tutti visibile, la Madonna del Perpetuo Soccorso, innanzi alla quale aveva già pregato, essendo molto giovane, nella chiesa di S. Matteo, siccome lo dichiarò al nostro R.mo P. Generale. Quindi salì sull'altare per contemplare la sacra Ef-

(25) Iam die 4 V 1859, postridie diei quo ecclesia consecrata fuerat, Pius IX ecclesiam et collegium invisere dignatus est. Vide descriptionem in *Cronaca d. Casa gen. I 32-34* et apud [WALTER], *Villa Caserta 60-61*.

figie più da vicino. La trovò bellissima e si fece spiegare l'idea del valente pittore da Sua Paternità, la quale aggiunse quanto bene già recava al popolo romano il ripristinamento del culto di questa celebre Madonna; d'onde esultando il Papa più volte ripeté: « Ringraziamo Iddio, ringraziamo Iddio »!

Poscia entrò in sagrestia, che disse bella, ed ammirò il basso rilievo della sepoltura di N.S. Poi si rivolse alla comunità e disse: « Ecco dunque i figli di S. Alfonso: quanti ce ne sono », e si mise a sedere pel bacio del piede; e mentre lo si baciava, con volto sorridente disse più motti allegri da dilatare i nostri cuori e palesare la gran serenità della sua mente, la profonda pace del suo cuore. Quindi alzandosi: « Adesso è tempo, disse, di tornare in casa », e traversando di nuovo la chiesa ed il cortile in mezzo ad una gran calca di gente d'ogni ceto, dalla quale venne con entusiasmo acclamato vicino al cancello esteriore, rimontò in carrozza, e benedicendo a tutti, fece ritorno al Vaticano.

In sagrestia, dietro una dimanda del R.mo P. Generale, si dichiarò di benedire tutti della Congregazione, i benefattori, gli oblatori e tutti i devoti della Madonna del Perpetuo Soccorso ».

Alterum Triduum ante imaginem celebratum

Mense mariano habitantes sectionis Urbis, quae dicitur « Rione Monti », consilium coeperunt celebrandi suis sumptibus Triduum in honorem Deiparae, ad gratias agendas propter imaginis publico cultui restitutionem in hac Urbis sectione.

1866 V 13

Habitanter paroeciarum in sectione Urbis, quae dicitur « Rione Monti », manifestant suum desiderium, cui Rev.mus P. Superior generalis CSSR iam assensum suum dedit, celebrandi Triduum diebus 1-3 VI, et indicant ubi dona pecuniae tradi possint.

Folium typis cusum inscriptum: « Un fiore a Maria Santissima del Perpetuo Soccorso » conservatur in AG (BMV de PS IV 2). Ibi sub n° 1 conservatur adumbratio magis succincta, scripta ab equite Ioanne Bapt. Chiocca (26).

1866 V 17

S. Rituum Congregatio approbat tres orationes in honorem BMV de Perpetuo Succursu et concedit corde contrito recitantibus indulgentiam 100 dierum pro unaquaque ex iis semel in die lucranda.

Rescriptum originale conservatur in AG Priv. et Fac. I 7 n° 22. Folium typis cusum (4 pp.) cum orationibus et notitia de indulgentia concessa conservatur in AG (BMV de PS IV 3). Edit. in Op. anon. 1876, pp. 212-215, et in collectione *Documenta authentica* 336-339 n. 235 (27).

(26) De hac pia persona cfr Op. anon. 1876, p. 43 in nota.

(27) Hae orationes iam in priori Triduo dierum 27-29 IV vulgatae fuerant. Folium typis cusum (3 pp. impr.) conservatur in AG (BMV de PS III 2 p).

1866 V 19

Summus Pontifex concedit fidelibus qui Triduo celebrando intererunt indulgentiam septem annorum pro unaquaque vice, indulgentiam vero plenariam iis qui Triduo quotidie assistent, consuetis condicionibus.

Rescriptum originale a Card. Const. Patrizi, Urbis Vicario, exaratum conservatur in AG (BMV de PS IV 4). - Libellus supplex scriptus est a Ioan. B. Chiocca.

1866 V 23

Card. C. Patrizi, Urbis Vicarius, publice invitat fideles ut intersint celebrationi Tridui, diebus 1-3 VI in ecclesia S. i Alfonsi habendi, indulgentias concessas annuntians.

Exemplaria typis cusa, in forma maiori et minori huius « Invito Sagro » conservantur in AG (BMV de PS IV 5). Edit. in Op. anon. 1876, pp. 44-45.

1866 VI 1-3

Triduum celebratur in ecclesia S. i Alfonsi in gratiarum actione propter restitutionem imaginis publico cultui.

Descriptio Tridui habetur in diario *Giornale di Roma* diei 7 VI 1866 (n. 128, p. 509), qui textus editus est in Op. anon. 1876, pp. 255-256, et in foliis hebdomadariis *Il Divin Salvatore* diei 9 VI 1866 (an. II, n. 36, p. 573). Resegmina horum foliorum conservantur in AG (BMV de PS IV 7). - Triduum etiam describitur in *Cronaca della Casa generalizia* I 82-83.

Conservatur in AG (BMV de PS IV 9) documentum inscriptum: « Rendiconto di Giovanni B. Chiocca delle offerte dal medesimo ricevute nella sua colletta pel Triduo alla Madonna del Perpetuo Soccorso » (Summa: Sc. 137, 10). Adiuncta sunt (ibid. 10 ss.) alia folia circa collectam, expensas etc. (« Denaro consegnato in mano del P. Sagrestano »: Sc. 381, 75; « Conto delle spese fatte della Sagrestia »: Sc. 282, 44½). - Vide etiam notitiam in foliis hebdomadariis *Il Veridico* diei 7 VII 1866 (an. V, n. 27, p. 107): « Generosa pietà dei Romani ». Resegmen conservatur in AG (BMV de PS IV 8).

1866 VI 4

Imago ex altari maiori defertur ad altare laterale ipsi destinatum.

Descriptio huius altaris data est in diario *Giornale di Roma* diei 30 IV 1866 (n. 98, p. 389). Resegmen conservatur in AG (BMV de PS III 2 s). Vide etiam descriptiones altaris antependii in *Spic. hist.* 9 (1961) 256 et in *Analecta CSSR* 26 (1954) 95-96. - An. 1871 imago delata est ad novum altare maius, cuius descriptionem invenies in Op. anon. 1876, p. 67.

1866 VI 4

S. Congregatio Indulgentiarum declarat preces a S. Rituum Congregatione approbatas et indulgentia ditatas die 17 V 1866, recitari posse quocumque idioma, dummodo de fidelitate versionis constet.

Documenta allegata sunt supra sub die 17 V.

Initium diffusionis cultus per orbem

Iam an. 1866 cultus Matris Dei sub titulo de Perpetuo Succursu extra Urbem se extendit ut ex variis epistulis in AG (BMV de PS VII 2 et VIII 1) patet, et hoc non solum in Italiae regionibus sed etiam mira huius devotionis diffusio per totum orbem incoepit.

Confectae sunt hoc eodem anno diversae copiae authenticae, i.e. ectypa originali quantum fieri potest accurate similia. Post primam et secundam copiam, supra sub diebus 15 III et 21 IV memoratas, alia copia confecta est rogatu P.is Edmundi Vaughan (28), Rectoris domus CSSR in Bishop Eton (Liverpool, England). Die 5 III 1866 P. Vaughan misit epistulam P.i Douglas in qua narravit de prodigiosa sanatione P.is Francisci Hall (die 2 III 1866), membri illius communitatis, intercessione Deiparae sub titulo de Perpetuo Succursu invocatae impetrata (29), addens preces ut sibi mitteretur « an exact copy [of the picture] painted, full size » (30). P. Robertus Coffin, tunc tempore superior Provinciae Anglicae, in epistulis ad P.em Douglas hisce precibus subscripsit (31). Die 31 V P. Douglas missionem imaginis nuntiavit (32). - Prout scimus, est prima copia fidelis imaginis extra Romam missa, quae adhuc existit (33).

In epistulis inter P.em Achillem Desurmont, superiorem Provinciae Gallico-Helveticae, et P.em Mauron a mense maio mutatis saepius sermo est de copiis imaginis authenticis in Franciam mittendis. Die 25 XI P. Desurmont Superiori generali nuntiavit arcam cum decem copiis die 15 eiusdem mensis advenisse, et in eadem epistula alias duas expostulavit (34).

Etiam in variis litteris datis acceptisque Rectoris Maioris et superiorum aliarum Provinciarum an. 1866 de transmissione copiarum fidelium imaginis romanae agitur (35).

(28) Notitiae biographicae huius benemeriti Patris a P.e Culhane datae sunt in *Spic. hist.* 9 (1961) 78-79.

(29) De sanatione P.is Hall alia quoque documenta in AG adsunt. Vide etiam *II Divin Salvatore* 2 (1865/66) 523-524 (fasc. 33 diei 19 V 1866).

(30) Epistula conservatur in AG XLVII, epistulae a P.e Douglas acceptae, mittente P.e Vaughan (n. 204; vide etiam n. 205).

(31) Ibid. Epistulae P.is Coffin (nn. 46-47).

(32) Haec P.is Douglas epistula conservatur in archivo Prov. Anglicae CSSR, Clapham, London. Vide *Inter Nos* (Prov. Angl.), Febr. 1957, p. 2.

(33) Exposita est nunc in oratorio domus CSSR in Bishop Eton. - Cfr G. DREW, *Bishop Eton and its Shrine*, [St. Helens, Lancashire, 1951], 20.

(34) Hae epistulae conservantur in AG Pr.G-H II B, 1866.

(35) Ex his epistulis suppleri possunt tabulae imaginum missarum cons. in AG (BMV de PS VI 1 et 4), quae pro ann. 1866 et 1867 valde incompletae sunt.

SUMMARIUM HUIUS FASCICULI

DOCUMENTA

	Pag.
SAMPERS Andreas, Controversia quam S. Alfonsus ann. 1746-48 sustinuit « de maledictione mortuorum »	3-47
GREGORIO Oreste, Commentario settecentesco del « Regolamento » regio	48-92
BIANCO Michele, Il P. Giovanni Rizzo della Congregazione del SS. Redentore (1713-1771)	93-123
SAMPERS Andreas, Epistularum commercium inter Rect. Mai. Cocle et Vic. Gen. Passerat, ian.-oct. 1830	124-162

STUDIA

TELLERÍA Raymundus, Usus tunicae talaris et tonsurae clericalis apud ecclesiasticos iuxta mentem S. i Alfonsi	163-183
--	---------

COMMUNICATIONES

GREGORIO Oreste, Sant'Alfonso e il filosofo Rosmini	185-192
TELLERÍA Raymundus, RP. Isidorus Antoñanzas, primus ex Hispa- nia sodalis Congregationis SS. mi Redemptoris	193-207
SAMPERS Andreas, Circa traditionem Imaginis BMV de Perpetuo Succursu Patribus CSSR eiusque instaurationem cultus quae- dam notitiae et documenta, ann. 1865-1866	208-218

Rev.mus P. Generalis
vidit, approbavit, impressionem permisit
die 5 iulii 1966

PRO USU INTERNO CONGREGATIONIS

Finito di stampare nel luglio 1966
col tipi dello Stab. Tip. "Grafica,,
di Salvi & C. - Perugia